

usum rationis. — Quia, cum possit hic confessarius de brevi certum se reddere de poenitentis dispositione per experimentum emendationis ei differendo absolutio nem, non videtur adesse sufficiens causa absolvendi illum sub conditione.

Dico 3º. Probabiliter posse absolvvi puerum vel semifatuum sub conditione, quando dubitatur de ipsorum dispositione. — Et quidem si urgeat periculum mortis vel praeceptum paschale, communissime dicunt doctores cum Lessio¹⁾, Lugo²⁾ et aliis, tales esse absolvendos sub conditione, si dubie sint dispositi; maxime si confessi sint aliquod dubium mortale; quo casu ait Lugo²⁾ non videri de hoc dubitandum. — Idque puto omnino dicendum, contra Lessium³⁾, etiam extra tempus mortis vel praecepti; ut verius dicunt Sporer¹⁾, Mazzotta⁴⁾, et Laymann⁵⁾, qui ait saltem posse⁶⁾ absolvvi: in eo enim casu non solum adest justa causa utilitatis, ne poenitens privetur gratia sacramentali, sed etiam necessitatis, ne ille forte maneat in mortali. In tantum autem alii usu rationis praediti non debent absolvvi, cum de ipsorum dispositione dubitatur, quia adest via et spes quod dilata absolutione, brevi illi

¹⁾ Part. 3, cap. 5, n. 622. — ²⁾ Lib. 5, tr. 6, cap. 5, n. 7. — ³⁾ Gobat, tr. 7, n. 451 et 452. — ⁴⁾ Diana, part. 4, tr. 3, resol. 53. —

certo dispositi redeant, et absolvantur: sed quoad hos semifatuos et pueros nondum perfecte rationis compotes, deest haec via et spes quod brevi afferant hanc certam dispositionem. — Immo non improbabiliter dicunt Sporer¹⁾, Mazzotta⁴⁾, et Gobat, Diana et Schildere²⁾, apud Croix³⁾, posse absolvvi sub conditione hujusmodi pueros, etiamsi afferant peccata tantum levia: ne diu priventur gratia sacramentali, et ne maneat in mortali, si forte habeant, ut loquitur Lugo²⁾.

Dico 4º. Probabiliter posse sub conditione absolvvi (ut censem Bonacina⁴⁾) poenitentem pium, qui alias tantum imperfectiones confitetur, de quibus dubitatur an pertingant ad venialia. Hoc tamen non admitterem saepe²⁾, neque si ille posset materiam certam de vita anteacta praebere. — Caeterum, cum poenitens non dat materiam certam, non tenetur confessarius eam exquirere ut absolvat. Et casu quo exquisierit, et non repererit certam materiam, ait Sporer²⁾, non tenetur absolvire sub conditione; cum poenitens tunc nullum jus certum habeat ad illam, quando non affert materiam certam aut saltem dubie necessariam.

¹⁾ Lib. 6, part. 2, n. 1797. — ²⁾ De Poenit., qu. 4, punct. 3, num. 1.

^{h)} Lessius, *Auctar.*, v. Confessarius, cas. 6: « Si dubitetur, inquit, potest illis dari bona precatio et benedictio, quae magni est aestimanda. Nec est quod sacerdos hic se implicet aut vexet ».

ⁱ⁾ Lugo, *disp. 17*, n. 22, loquitur de pueru, de quo dubitatur an rationis usu pollet, et qui confitetur aliquod veniale, quem dicit absolvendum esse non solum in articulo mortis, sed etiam extra illud. Et quidem, quando urgeat praeceptum Ecclesiae « de confessione », non videri dubium quin sit absolvendum, si confiteatur aliquod mortale dubium, sed videri etiam absolvendum si solum veniale confessus sit.

^{j)} Mazzotta, *loc. cit.*, v. *Dico 2*, absolvendos esse ait « tempore praecepti paschalis ».

^{k)} Scilicet absolvvi posse sub conditione, saltem animo retenta, ut ait Laymann.

^{l)} Sporer, *loc. cit.*, n. 622, de hoc non loquitur, sed dicit posse et debere absolutio nem dari sub conditione, quando poenitens affert sola dubia peccata in materia mortali, nec ullum certum explicare potest. Sed *cap. 1*, n. 56, dicit universaliter, non vero de pueris in specie: « Si poenitens sola venialia dubia afferat, nullumque certum exponat, extra

saltem periculum mortis, non erit absolvendum, nec sub conditione quidem ».

^{m)} Mazzotta, *loc. cit.*, sententiam hanc ultimo loco affert; unde videtur eam amplecti.

ⁿ⁾ Schildere male hic citatur a Croix; etenim, *tr. 6, cap. 5, § 1, n. 36*, v. *Extra illos casus*, scribit: « Quando puer non adfert nisi peccata levissima venialia, praesertim sub dubio, et signa doloris sint dubia, difficile est dicere quod sub conditione absolvvi possit, quando absolutio commode differri potest, cum sacramentum non possit sub conditione conferri sine justa causa ».

^{o)} Lugo, *disp. 17*, n. 22, ita sane loquitur, sed tractat de tempore praecepti.

^{p)} Scilicet solum semel in mensa, ut ait S. Doctor in *Hom. apost.*, *tr. 16*, n. 6. Ceteroquin Bonacina addit etiam: « Melius tamen est in tali eventu curare ut poenitens aliquod anteactae vitae peccatum exprimat ».

^{q)} Sporer, *part. 3, cap. 1, n. 56*, dicit absolvendum esse sub conditione, si necessitas immi neat, et peccata sub dubio proposita sint gravia (nisi poenitens ex malitia nollet certa confiteri); si vero sint levia, extra periculum mortis non esse absolvendum, ne sub conditione quidem.

Poenitens
qui confite
tur tantum
imperfec
tiones.

DUBIUM II.

Qualis contrito requiratur.

433. Vide quae habentur apud Busenbaum de Dolore et Proposito.

§ I.

DE QUAESTIONIBUS AD DOLOREM PERTINENTIBUS.

434. Quid sit poenitentia ut virtus; et quid, ut sacramentum. — 435. Qu. 1. An contrito consistat in dolore vel in detestatione. — 436. Qu. 2. Ex quo motivo elicienda sit contrito. — 437. Qu. 3. Quando obligat praeceptum contritionis. — Dub. 1. An obliget extra periculum mortis. Et an ejus dilatio sit speciale peccatum. — Dub. 2. An qui in articulo mortis confessus sit cum attritione teneatur deinde elicere contritionem. — Dub. 3. An praeceptum contritionis obliget in diebus festis. — 438. Qu. 4. An ad justificationem requirantur singulae contritiones ad singula peccata. — 439. Qu. 5. An in confessione requirantur explicite actus fidei et spei. — 440. Qu. 6. An in sacramento sufficiat attritio sine amore predominantia. — 441. An quelibet contrito debeat peccatum extra sacramentum. — 442. Et an peccatum possit consistere cum caritate predominantia, si sit remissa. Solvuntur objectiones, ubi probatur amorem inchoatum includi in attritione. — 443. Qu. 7. An sufficiat attritio ex metu poenarum temporalium. — 444. Qu. 8. An sacramentum Poenitentiae possit esse aliquando validum et informe. — 445. Qu. 9. An dolor debeat precedere ad confessionem. — 446. Qu. 10. Per quantum temporis actus doloris moraliter perseveret. — 447. Qu. 11. An poenitens debeat elicere actum doloris cum intentione confitendi. — 448. Qu. 12. An qui confitetur peccatum oblitum statim post absolutionem, teneatur novum elicere dolorem. — 449. Qu. 13. Quomodo eliciendus sit dolor in confessione venialium. — Dub. 1. An sit mortale confiteri venialia sine ullo dolore. — Dub. 2. An in confessione venialium sufficiat dolere de uno peccato sine alio.

§ II.

DE QUAESTIONIBUS AD PROPOSITUM.

450. Qu. 1. An sufficiat propositum virtuale sive implicitum. — 451. Qu. 2. Quae sint conditio[n]es requisitae ad verum propositum. — Et sunt: 1. Ut sit firmum. Quid, si poenitens credit certo se relapsurum. 2. Ut sit universale. An requiratur universale propositum de mortalibus. 3. Ut sit efficax. — 452. Qu. 3. Quomodo se gerere debeat confessarius cum iis qui sunt in occasione peccandi. — Dub. 1. Quotuplex sit occasio, et quotuplex periculum peccandi. Et quae occasio vitari debeat. — 453. Dub. 2. An possit absolvvi qui non vult amovere probabilem peccandi occasionem. — 454. Dub. 3. An qui est in occasione proxima voluntaria, possit semel vel iterum absolvvi. — 455. Dub. 4. An possit absolvvi qui sunt in occasione proxima necessaria. Praesertim causa sue artis vel officii. — 456. Sententia tenenda circa absolutionem his differendam. — 457. Dub. 5. An possit absolvvi, qui in occasione necessaria, adhuc remediis adhibitis, eodem modo fuerit relapsus. — 458. Adnotatur doctrina s. Caroli Borromei. — 459. Qu. 4. Quomodo se gerere debeat confessarius cum consuetudinariis ex intrinseca fragilitate; et quomodo cum recidivis. An recidivis possit plures absolvvi sine signis extraordinariis. — 460. Quae sint signa extraordinaria. — 461. Quae certitudo dispositionis poenitentis sufficiat ad eum absolvendum. — 462. An liceat differre absolutionem poenitenti dispositio sine ejus consensu. — 463. An expedit vel ne saepius differre absolutionem. — 464. Cur potius differenda est absolutione iis qui sunt in occasione extrinseca, et non recidivis ex fragilitate intrinseca.

Contrito,
quid.Perfecta
et imperfe
cta.

433. — Suppono quod contrito in com
muni sit dolor ac detestatio peccati com
missi, cum proposito emendandi; ut habet
ritatis propter Deum summe dilectum:
Tridentinum¹⁾. Ubi eam dividit in per
fectam, quae absolute sic dicitur; et
« in imperfectam, quae attritio dicitur. —
« Perfecta est quae elicetur ex motivo ca
« missi, cum proposito emendandi; ut habet
« ritatis propter Deum summe dilectum:
« et haec ex se sola mox justificat, etsi cum
« voto et ordine ad confessionem, quam

¹⁾ Sess. 14, de Poenit., cap. 4.

Ad sacramentum sufficit attritio.

« deinde facere teneris. *Imperfecta* est quae ex inferiore motivo, supernaturali tamen, concipitur.

« Resp. Ad sacramentum hoc sufficit et requiritur saltem attritio formalis, supernaturalis, efficax et universalis (respectu mortalium), concepta in ordine ad confessionem vel saltem absolutionem.

— Est communis. Vide Bonacina¹ et scholasticos; ac colligitur ex Tridentino².

« Unde resolvit:

« 1°. Non requiritur contritio existimata; ut voluit Gabriel.

« 2°. Non sufficit: 1° Attritio existimata tantum, licet inculpabiliter; quia vera attritio est pars essentialis. — 2°. Nec desiderium absolutionis sine affectu ad peccata: idque, etiamsi tantum confitetur venialia, ut habet sententia communis; contra Angles³ et quosdam alios, quos sequitur Tamburinius⁴. Vide Diana⁴.

« Unde peccat graviter qui etiam sola venialia, vel sola mortalia alias confessas sine omni formalis dolore confitetur; quia non ponit materiam sacramenti, et saltem periculo sacrilegii se exponit. Ita card. de Lugo⁵, etc. communiter. Vide Diana⁶, Bonacina⁷. — Non tamen est necesse ut dolor se extendat ad omnia venialia quorum sibi poenitens est conscientius. Suarez, Laymann, Lugo. — Immo notat Tamburinius⁸ satis esse de uno veniali dolere formaliter; etsi plurimum sis con-

¹ De Poenit., qu. 5, sect. 1, punct. 3, n. 3. — ² Sess. 14, de Poenit., cap. 4. — ³ Gabr. Biel, in 4, dist. 14, qu. 2, art. 1, coroll. 4 et seqq. — ⁴ Method. Confess., lib. 1, cap. 3, n. 1. — ⁵ Part. 9, tr. 9, resol. 31. — ⁶ Disp. 14, sect. 8. — ⁷ Part. 8, tr. 4, resol. 116; cfr. part. 9, loc. cit. — ⁸ De Poenit., qu. 3, punct. 2, num. 8. — ⁹ Suar., de Poenit., disp. 20, sect. 6, n. 7. — ¹⁰ Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 19. — ¹¹ Lugo, loc.

433. — a) Angles scilicet, *de Poenit.*, qu. 1, art. 4, diff. 2 et 7, negat requiren poenitentiam formalem ad venialis peccati remissionem.

b) Durandus nempe, *in 4, dist. 17, qu. 1, art. 3*, dicit attritionem praecedere justificationem natura et tempore, contritionem vero natura quidem praecedere justificationem, sed tempore simul esse.

c) Angles, *de Sacr. Poenit.*, qu. 2, *de Con- trit.*, art. 2, diff. 6, concl. 3, ait debere esse tot contritiones « quot sunt confessionis actus », ut si quis uno actu plura peccata v. g. blasphemiae confiteatur « singulis actibus et non sin-

« scius, de quibus nec dolorem nec propo- situm emendandi habeas, sive ea confi- tearis sive non.

« 3°. Non absolvitur qui dolet, licet inten- tensissime, tantum propter infamiam, damna aliasve poenas temporales praecise, etsi ex inculpabili ignorantia; quia non est dolor supernaturalis. Nec ignorantia aut bona fides potest supplere defectum essentiali. Bonacina⁹, etc. — Limitat tamen Reginaldus cum Tamburi- nio¹⁰, nisi doleas propter istas, ut a Deo inflictas vel infligendas.

« 4°. Ad attritionem non requiritur ulla intensio vel duratio temporis; ut vult Du- randus^b.

5°. « Etsi debeat esse de omnibus pec- catis mortalibus, non requiruntur tamen singuli dolores de singulis, ut vult An- gles^c; sed sufficit unus actus de omnibus simul sumptis, etiam oblitis. Ideo que peccat graviter, qui, sciens prudens, non atterritur universaliter de omnibus mortalibus nondum remissis. — Bonaci- na^d, etc.

« 6°. Non sufficit dolere quod non do- leas (ut habent Navarrus et Sà), nec velleitas non peccandi. Ratio utriusque: quia non est dolor de peccatis commis- sis, cum quo affectus ad ea stare potest. Henriquez, Vasquez, Bonacina¹¹. — Ubi recte notat, cum actu quo quis dolet se nor dolere de peccatis, plerumque con- junctum esse dolorem de peccatis, etsi poenitens eum non dignoscat.

¹ cit. n. 118. — ² Method. confess., lib. 1, cap. 3, n. 5 et 6. — ³ Qu. 5, sect. 1, punct. 3, num. 3 et 6. — ⁴ Regin., lib. 5, n. 40. — ⁵ Loc. cit., cap. 1, n. 11. — ⁶ Navar., Man., cap. 1, n. 20, i. f.; et n. 18. — ⁷ Sà, v. *Contritio*, n. 5. — ⁸ Henriq., lib. 4, cap. 26, num. 5, i. f.; cfr. cap. 24, num. 3. — ⁹ Vasq., qu. 92, art. 1, dub. 3, num. 6. — ¹⁰ Qu. 5, sect. 1, punct. 3, n. 7 et 9.

gulis peccatis singulae contritiones respondere debent. Verum si confiteatur peccata singulatim ut singula peccata ejusdem speciei, tunc tenetur habere singulas singulorum peccatorum contritiones».

^{a)} Bonacina, *loc. cit.*, sect. 1, punct. 5, n. 1, negat requiren singulas contritiones ad singula peccata; et ^{b)} punct. 6, n. 4, dicit eum justificari qui unius peccati recordatur et de illo conteritur; sed subdit: « Tutius agere si non solum doleat de peccato cuius recordatur, verum etiam de aliis si forte commisit: sic enim eligit viam tuitionem et certiorem».

Dolor propter poena- ras temporales ut sic, non sufficit.

Non requiri- runt singuli dolores de singulis peccatis.

Non suf- ficit dolere quod non doleas.

Nolens amovere occa- siones proximas, etc., non est sufficienter attritus.

Contra- dictio.

Dolor de- bet esse summus ap- preiative.

« 7°. Etsi dolor hic debeat esse summus appetiative, ita ut nihil magis detesteris quam peccatum, malisque omnia mala hujus mundi perpeti quam mortaliter contra Deum peccare; non tamen opus est, immo non expedit, particulares facere collationes (v. g. malum hoc vel illud malum subire quam mortaliter peccare): quia periculosae sunt».

Et hoc est commune apud omnes cum S. Thoma, S. Bonaventura, etc., apud Croix¹, nempe, non expedire comparationem explicitam inter peccatum et alia mala, se determinando, potius quam peccatum, eligere haec mala in particulari: et tanto minus eligere infernum, quia, secundum praesentem Dei providentiam, cum infernus sit destinatus iis qui sunt firmati in peccato per aeternum odium erga Deum, incongrue homo ad vitandum peccatum eligeret infernum, in quo non posset manere sine peccato.

« 8°. Qui non vult occasiones proximas peccandi a se amoliri, vel non remittere ex animo, vel non restituere aut satisfacere quibus debet; vel non habet formale (licet probabilitate cum card. Lugo², Laymann, Diana, aliqui dicant virtuale in contritione universalis inclusum sufficiere, quando non occurrit cogitatio de peccatis vitandis) propositum peccata mortalium (quando talia confitentur) vitandi efficax, id est, cum quo non possit consistere affectus actualis erga aliquod mortale: non est sufficienter attritus. Ratio, quia non est dolor et detestatio efficax, quippe cum quo possit stare voluntas peccandi; nec is se ex toto corde convertit ad Deum, detestans peccatum super omne detestabile. Suarez, Fernandez, Laymann³, Diana⁴, etc. communiter. — Et licet sola venialia confitearis, teneris tamen, sicut dolorem, ita etiam propositum, saltem virtuale, circa illa habere. Card. de Lugo⁵ et alii.

¹ S. Thom., Suppl., qu. 8, art. 1, ad 4. — ² S. Bonav., in 4, dist. 16, part. 1, art. 2, qu. 1. — ³ Lib. 6, part. 2, num. 781. — ⁴ Disp. 14, num. 52. — ⁵ Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 4, num. 6. — ⁶ Diana, part. 3, tr. 4, resol. 119. — ⁷ Suar., disp. 4, sect. 3; et disp. 20, sect. 4, num. 32 et 33. — ⁸ Fernan- dez de Moure, Exam., part. 3, cap. 6, § 4, num. 2. — ⁹ Loc. cit., a num. 6. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Disp. 14, sect. 8, num. 109; et sect. 9, num. 127. — ¹² Disp. 32, sect. 2. — ¹³ Loc. cit., a num. 6. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Disp. 10, num. 16. — ¹⁶ Disp. 2, dub. 14, n. 130, i. f. — ¹⁷ Part. 1, tr. 7, resol. 55; et part. 2, tr. 16, resol. 45.

« 9°. Redire saepe cum eodem mortali, non est certum indicium deesse attributionem: etsi sit magna praesumptio, prae- certim in iis qui coguntur confiteri a parentibus, magistris, etc.; item in iis qui aliquoties moniti concubinam non separant aut restitutionem non faciunt: quibus proinde absolutio differenda est, nisi id actu praestent. Quamquam possint esse alia signa veri doloris, v. gr. si media praescripta sint adhibita, occasiones vitiae, si numerus peccatorum imminutus, si poenitens omnino asserat: cui plerumque credi debet, cum ipse sit sui accusator, defensor et testis. Quia in re, opus est magna prudentia confessari, ne poenitentem severitate avertat, neque etiam lenitate seducat, et peccat pereatque cum illo. Suarez⁶, Sanchez⁷, card. de Lugo⁸. — Contra quorum aliorumque communem sententiam, docent apud Diana Vivaldus et Joannes Sanchez⁹, posse toties quoties confitetur absolvi, etiamsi nullus appareat profectus; eo quod sine illo possit esse verum propositum: sicut est in iis qui venialia semper afferunt eadem. Verum id probare non ausim (ob damnatas ab Innocentio XI propositiones 60 et 61); nec videtur esse par ratio. Vide Coninck¹⁰, Diana¹¹.

« 10°. Absolvendi sunt ii qui ex officio, domo vel negotio, in quo propinquum peccati periculum imminet, discedere nolunt, eo quod sine maxima difficultate non possint, parati interim media praescribenda adhibere. Ratio, quia occasione etiam propinqua, non necessitat ad peccatum, ideoque stare potest cum proposito peccata vitandi. Nec refert quod quis putet vel timeat se unum vel plura peccata non vitaturum; quia propositum est actus voluntatis; existimatio autem illa est actus intellectus, qui ex illo proposito, ob humanae voluntatis mutabilitatem, non necessario consequitur. Interim qui certus est impossibile sibi esse

Quid de recidivis.

Existens in occasione necessaria, sed paratus adhibere media, absolve- dus.

Non requiritur dolor sensitivus.

« in tali occasione peccata vitare, debet eam deserere, nisi velit perire ^{e)}. — Ita Laymann ¹, card. de Lugo ².

« 11° Non requiritur dolor sensibilis; sufficit enim intellectivus: qui, cum sit internus ac spiritualis, scrupulosi non facile debent angui, quasi sine dolore accedant ad sacramentum, eo quod nullum sentiant.

Attritio referenda ad sacramentum.

« 12° Is qui, nihil cogitans de confessione, attritionem elicuit, non referens eam ad sacramentum, non potest sine novo dolore ad id accedere; quia pars debet referri ad comparatem. Ita Suarez ³, Bonacina ⁴. — Contrarium tamen videtur docere card. de Lugo ⁵: quod non est improbabile. Tamburinius ⁶.

Dolor sequens absolutionem non sufficit.

« 13° Non sufficit ad sacramentum dolor qui sequitur absolutionem; immo, secundum sententiam saltem tutorem, quam docet Laymann ⁶ et Coninck, debet antecedere etiam confessionem (etsi contrarium etiam probabiliter doceant Vasquez, Filiuccius, Fagundez, card. de Lugo ⁷ et Gaspar Hurtadus ⁸, apud Diana et Escobar ⁹). — Unde poenitentes initio ad dolorem excitandi; aut, si post peccatorum narrationem fiat, repeatant verbo confessionem, dicendo se dolere de peccatis expositis. Vide Laymann ¹⁰.

« 14° Probabile est, eum qui paulo ante confessus, iterum confitetur vel eadem peccata, vel quae exciderant, de quibus ante (explicite et in particulari) non doluit, non teneri elicere novum dolor. Card. de Lugo ¹¹, Diana ¹². — Et consequenter potest moribundus propter periculum instantis mortis absolviri, au-

¹ Lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 8 et 9. — ² Disp. 14, n. 152. — ³ Disp. 20, sect. 4, n. 28, v. Secundo est certum. — ⁴ De Poenit., qu. 3, punct. 2, n. 17. — ⁵ Method. confess., lib. 1, cap. 2, num. 3. — ⁶ Loc. cit., num. 4. — ⁷ Coninck, disp. 4, resol. 115 (al. 116); part. 11, tr. 5, resol. 21. — ⁸ Tambur., Method. Confess., lib. 1, cap. 2, § 5. — ⁹ Clyp., tract. 5, de Poenit., disp. 7, num. 6. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, num. 657. — ¹¹ Disp. 4, sect. 1, num. 4 et 7. — ¹² Part. 3, cap. 2, num. 67. — ¹³ De Poenit., num. 498. — ¹⁴ Cajetano, Reginaldo, s. d.). — ¹⁵ Lib. 5, tr. 6, cap. 4, num. 4, i. f. — ¹⁶ Disp. 14, a. num. 24. — ¹⁷ Part. 9, tr. 3, resol. 5; part. 3, tr. 4, resol. 115 (al. 116); part. 11, tr. 5, resol. 21. — ¹⁸ Tambur., Method. Confess., lib. 1, cap. 2, § 5. — ¹⁹ Clyp., tract. 5, de Poenit., disp. 7, num. 6. — ²⁰ Lib. 6, part. 2, num. 657. — ²¹ Disp. 4, sect. 1, num. 4 et 7. — ²² Part. 3, cap. 2, num. 67. — ²³ De Poenit., num. 498. — ²⁴ Quod primum. — ²⁵ Regin., lib. 5, num. 1 et 2.

^{e)} Ultimum assertum apud autores citatos loc. cit., non reperitur.

^{f)} Quin etiam Lugo, disp. 14, n. 37, postquam retulit opinionem quae requirit ut contritio ad sacramentum referatur, concludit: « Oppositum... videtur verum».

^{g)} Quod tamen Diana, part. II, tr. 5,

« dito tantum uno altero peccato; et deinde si superstes maneat, auditis reliquis, iterato absolvii in virtute doloris praecedentis. Tamburinius ».

Hic plures occurrunt Quaestiones magnopere scitu necessariae ad proxim, tum ad dolorem, tum ad propositum in confessione requisitum, pertinentes. Unde distincte de iis agere oportet.

§ I. - De Quaestionibus circa Dolorem.

434. — Ante omnia oportet advertere quod poenitentia dupli sensu accipitur; nempe ut virtus, et ut sacramentum. — Ut virtus definitur: *Virtus tendens in destructionem peccati in quantum est Dei offensa, medio dolore et satisfactione.* — Ut sacramentum vero definitur: *Sacramentum consists in actibus poenitentis, et sacerdotis legitimate absolventis in modum judicii.*

Poenitentia quidem ut virtus fuit omni tempore necessaria necessitate medii ad salutem. — In lege autem evangelica, ut sacramentum, est pariter necessitate medii necessaria omnibus lapsis in mortale post Baptismum, saltem in voto, si non possit suscipi sacramentum in re.

435. — Quaeritur 1°. *An contritio consistat in dolore vel in detestatione?*

Alii dicunt consistere in dolore qui praesupponat detestationem; ut Gonet ¹³, etc. apud Croix ¹⁴. — Alii vero dicunt consistere in detestatione quam sequitur dolor. Et haec sententia est satis communis, et verior videtur cum Suarez ¹⁵, Sporer ¹⁶, Holzmann ¹⁷; ac Navarro ¹⁸, Cajetano, Reginaldo,

Juxta alios contritio consistit in dolore.

Verius consistit in detestatione.

Probabiliter est ex solo motivo caritatis.

Gobat, tr. 6, n. 88 et 89. — ¹ Lib. 6, part. 2, n. 657. — ² P., qu. 87, art. 1, corp. — ³ Tom. 10, tr. 1, disp. 2, art. 8, sect. 1, qu. 1, concl. 2, v. Petes. — ⁴ De Poenit., n. 492. — ⁵ Part. 3, cap. 2, num. 64. — ⁶ Lib. 6, part. 2, num. 657. — ⁷ Coninck, disp. 1, n. 10. — ⁸ Disp. 4, sect. 2, n. 14. — ⁹ Qu. 85, art. 2, dub. un., num. 45. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, num. 722. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Loc. cit., n. 32. — ¹³ Cano, Select. de Poenit., part. 4, post concl. 4, ad 4, v. *Ad testimonium vero D. Gregorii*. — ¹⁴ Palaus, loc. cit., num. 5. — ¹⁵ Fill., loc. cit., num. 213. — ¹⁶ Joan. Medina, tr. 1, de Poenit., qu. 6, v. *Ad primum*.

resol. 21, admittit solum quando remanet physique vel moraliter idem dolor; et idem dicit Lugo de casu quo peccata jam confessa iterato confiteris.

435. — ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 1, n. 1 et 2, dicit: « Contritio est poenitudo voluntaria cum dolore». Et «quoad suam essentiam pro-

Poenitentia, virtus et sacramentum.

Utriusque necessitas.

Dolor et detestatio in contritione requiruntur.

Gobat, etc., apud Croix ¹; ex D. Thoma ², ubi docet: *Exigitur... ad remissionem peccati mortalis... ut... homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur.* Ratio, quia non quidem dolor est causa detestationis, sed detestatio est causa doloris; et dolor ideo est utilis, quia procedit a peccati detestatione, quae principaliter est abolitio culpae, cum sit velle non peccasse.

Caeterum, ut recte dicunt Frassen ³ cum Vega ⁴; et Holzmann ⁵, Sporer ⁶, ac Croix ⁷ cum Coninck, non dubitandum quin in contritione utrumque requiratur, tam dolor quam detestatio, et quod re vera in uno alterum exercite contineatur ^{c).} Qui enim suum detestatur peccatum necessario de ipso dolet; et contra, qui de peccato dolet illud illud necessario detestatur.

436. — Quaeritur 2°. *Ex quo motivo beat elicit actus perfectae contritionis?*

Prima sententia, quam tenent plures, dicit posse elici ex motivo cujuscumque attributi divini offensi, justitiae, sapientiae, misericordiae, etc. Et merito hanc probabilem putant Suarez ⁸ et Lugo ⁹. — Ratio, quia ille qui diligit divinam justitiam vel misericordiam propter Deum, jam Deum diligit, cum misericordia et justitia divina sint ipse Deus. Ergo, qui dolet de peccato ob Dei misericordiam vel justitiam offensam, non jam ex motivo concupiscentiae, sed propter Deum dolet.

Secunda vero sententia, communis et probabilior, quam tenent Suarez ⁷, Vas-

quez ⁸ (qui vocat oppositam erroneam), et Croix ⁹ cum Arriaga, Dicastillo et aliis passim, docet contritionem debere omnino procedere ex solo motivo caritatis, nempe divinae bonitatis offensae, quatenus haec complectitur omnes Dei perfectiones. — Ratio, quia ex Tridentino ¹⁰ requiritur ut contritio sit caritate perfecta, id est informata; objectum autem caritatis (ut communiter docent doctores, utque diximus Lib. II, n. 24, v. Objectum) est Deus quantum est infinita bonitas, nempe radix et aggregatio omnium perfectionum.

437. — Quaeritur 3°. *Quando obliget praeceptum contritionis?*

Per se loquendo, certum est apud omnes obligare in articulo mortis. — Vide Salmant. ¹¹ et alios passim.

Per accidens vero, communiter dicunt doctores obligare 1°. Quando aliquis esset in mortali, et deberet sacramenta ministrale vel aliquod sacramentum vivorum suscipere. Ita Bonacina ¹² cum Vasquez, Valentia et Filiuccio; ac Salmant. ¹³ cum Palao et Laymann, etc. communiter. — 2°. Quando quis graves pateretur tentaciones, quas vitare non posse putaret, nisi actuum contritionis eliceret. Laymann ¹⁴; et Salmant. ¹⁵ cum Cano, Palao, Filiuccio, Medina, etc. — 3°. Quando quis tenetur elicere actum caritatis erga Deum; tunc enim, occurrente memoria peccati, tenetur suum peccatum detestari, ut recte ait Holzmann ¹⁶.

Praecepsum contritionis per se obligatum morte.

Quando obliget per accidentem.

num. 5. — ¹ Vasq., qu. 86, art. 2, dub. 6, num. 7. — ² Valent., in 3 P., disp. 7, qu. 8, punct. 4, assert. 5. — ³ Fill., tr. 6, cap. 8, num. 213. — ⁴ Tr. 6, cap. 1, num. 31. — ⁵ Palaus, tr. 23, punct. 3, n. 5. — ⁶ Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 2, n. 4. — ⁷ Qu. 85, art. 2, dub. un., num. 45. — ⁸ Lib. 6, part. 2, num. 722. — ⁹ Arriaga, disp. 6, sect. 3. — ¹⁰ Dicast., de Poenit., disp. 2, num. 112. — ¹¹ Sess. 14, de Poenit., cap. 4. — ¹² Tract. 6, cap. 1, num. 34. — ¹³ De Poenit., qu. 5, sect. 1, punct. 2, 2.

prie est poenitentia seu poenitudo, et actus poenitendi seu nolendi peccasse ».

b) Andreas Vega, *de Justif.*, lib. 13, cap. 25, prop. 10, contra asserit detestationem absque ullo dolore aut tristitia sufficere ad justificationem; quamvis ut plurimum dolor sequatur detestationem. Et ita etiam a Frassen citatur.

c) Etsi autores citati (Vega excepto) requirunt utrumque; non tamen omnes explicite ajunt unum in altero exercite contineri.

436. — ^{a)} Suarez, disp. 4, sect. 2, n. 13, v. *Majus dubium*; Lugo, disp. 5, n. 3 et 4, non

de motivo cujuscumque attributi divini loquuntur, sed de motivo quod petitur a virtute quae non sit caritas, v. g. ex motivo justitiae, ut ait Suarez; vel, ut ait Lugo, ex motivo obedientiae, vel religionis, vel poenitentiae.

437. — ^{a)} Salmant, Palaus et Laymann addunt « ex officio ».

b) Holzmann, *de Poenit.*, num. 518, dicit in amore Dei super omnia virtualiter includi contritionem: « Siquidem amor Dei super omnia est adeo perfectus et efficax, ut ex vi illius moveretur homo ad formalem

Dubitatur 1º. *An extra periculum mortis obliget unquam praeceptum contritionis, et ejus dilatio sit speciale peccatum?*

Obligat etiam extra periculum mortis juxta alios. Prima sententia affirmat: quam tenent Juenin¹, Roncaglia², Antoine³; Concina⁴ cum Cardenas, Witasse et Merbesio; item Alensis et Gabriel, apud Salmant.⁵ Probatur 1º ex illo: *Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius.* (Eccli. v.). Probatur 2º ex praecepto caritatis, quod sine dubio obligat per se saepius in vita; ergo etiam saepius obligat praeceptum contritionis. — Secunda vero sententia negat. Et hanc tenent Navarrus⁶, Bonacina⁷; item Cajetanus et Durandus, apud Palaum⁸, qui probabilem putat.

Censeo autem has sententias facile posse conciliari. — *Per se loquendo*, peccator differens poenitentiam extra periculum mortis, probabiliter non committit speciale peccatum: cum secunda sententia. Ratio, quia praecpta affirmativa, ut docet D. Thomas⁹, debent habere tempus determinatum, in quo debeant impleri; nullibi autem constat quale tempus sit determinatum ad huic praecepto contritionis satisfaciendum. Unde idem S. Doctor¹⁰ dixit impenitentiam finalem non esse peccatum speciale, his verbis: *Impenitentia, non quidem eo modo quo dicit permanentiam in peccato usque ad mortem..., sic non esset... speciale peccatum, sed quedam peccati circumstantia, etc.* Id tamen sane intelligendum praeciso praecepto positivo: nam, ex praecepto annuae

¹ Instit. de Poenit., qu. 8, cap. 2, concl. 4, qu. 1. — ² De Poenit., cap. 1, qu. 8, resp. 2. — ³ De Poenit., cap. 1, art. 1, qu. 4. — ⁴ De Sacr. Poenit., lib. 1, diss. 1, cap. 7, a. n. 5. — ⁵ Carden., diss. 6, cap. 8, art. 2, a. n. 52. — ⁶ Witasse, de Poenit., qu. 3, art. 2, assert. 4. — ⁷ Merbes., de Poenit., qu. 12, v. *Primum tempus*, i. f. — ⁸ Alensis., part. 4, qu. 17, membr. 2, art. 2, § 2, Resol. — ⁹ Gabr. Biel., in 4, dist. 14, qu. 3, art. 3, dub. 2. — ¹⁰ Tr. 6, cap. 1, n. 46. — ¹¹ Man., cap. 1, n. 27. — ¹² Qu. 5, sect. 1, punct. 2, n. 5, v. *Dixi in*. — ¹³ Cajetan., Sum., v. *Contritio*, § *Tempus autem*. — ¹⁴ Durand., in 4,

confessionis ab Ecclesia praescriptae, quisque procul dubio tenetur ad poenitendum, saltem semel in anno. Hoc tamen est per se loquendo. — Sed *per accidens*, puto nullo modo excusari a mortali, qui existens in mortali, per notabile tempus differret poenitentiam. Tum quia peccaret contra praeceptum caritatis erga Deum, quod saltem pluries in anno quemcumque obstringit (juxta dicta Lib. II, n. 8). Tum quia hic insuper peccaret contra caritatem erga seipsum, cum se exponeret proximo periculo novarum culparum, temptationibus succumbendo: ratio patet ex eo quod docet D. Thomas¹¹ (quem sequuntur Gonet et Roncaglia), ubi ait: *Sine gratia justificante, quod diu maneat absque peccato mortali, esse non potest.* Unde et D. Gregorius¹² dixit: *Peccatum... quod (citius) poenitentia non diluit,... suo pondere mox ad aliud trahit.*

Quale autem *sit hoc notabile tempus?* Valde doctores discrepant. Concina putat esse hebdomadam¹³. Idem videtur sentire Roncaglia, dicens esse spatium multorum dierum. — Sed Salmant.¹⁴, Palaus¹⁵ cum Laymann; et Elbel¹⁶ cum Lugo, Henno¹⁷, etc., putant excusari qui satis facit confessioni annuali: et huic opinioni videtur adhaerere D. Thomas¹⁸. Sed ego non omnino acquiesco: spatium enim anni satis notabile mihi videtur, ut quis, per tantum temporis existens in mortali, possit vitare periculum in alia facile relabendi. Nec valet dicere quod Ecclesia pro omnibus indistincte determinaverit tempus

dist. 17, qu. 10, art. 1. — ¹⁵ Tr. 23, punct. 3, n. 9. — ¹⁶ In 4, dist. 17, qu. 3, art. 1, quaest. 4, sol. 4. — ¹⁷ 2^a 2^{ae}, qu. 14, art. 2, corp. — ¹⁸ 1^a 2^{ae}, qu. 109, art. 8, corp. — ¹⁹ Gonet, Cyp., de Poenit., disp. 7, art. 5, n. 117. — ²⁰ Roncaglia, de Poenit., cap. 1, qu. 3, resp. 2. — ²¹ Moral., lib. 25, cap. 9, num. 22; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 76, col. 334. — ²² Concina, de Poenit., lib. 1, diss. 1, cap. 7, n. 6. — ²³ Roncaglia, loc. cit., resp. 2. — ²⁴ Tr. 6, cap. 1, n. 54 et 55. — ²⁵ Tr. 23, punct. 3, n. 10. — ²⁶ Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 2, n. 6. — ²⁷ Confer. 3, de Contrit., n. 54. — ²⁸ Lugo, de Poenit., disp. 7, n. 243.

detestationem peccatorum, si id menti occurreret».

c) Haec opinio « mihi videtur nimis rigida », ait S. Doctor in Hom. Apost., tr. 16, n. 10.

d) Henno, quidquid dicat Elbel, huic opinioni adversatur, scribens de Poenit., disp. 4, qu. 5, concl. 3: « Non videtur excusandus a peccato gravi qui contritionem seu poeniten-

tiam differret ultra quatuor aut quinque menses a commisso peccato. » Et *in resp. ad obj. 1*, negat sequi non teneri saepius ad contritionem quam ad confessionem.

e) S. Thomas, in 4, dist. 17, qu. 3, art. 1, quaest. 4, sol. 4, dicit hominem teneri ad propositum confitendi quoties tenetur ad contritionem, quia huic est annexum, « scilicet quando peccata memoriae occurront,

Inadvertens, notabiliter differens mortaliter peccat.

Recipientis Poenitentiam cum attritione in articulo mortis:

Juxta alios, tenetur insuper ad contritionem.

Juxta alios, non tenetur.

anni: nam Ecclesia hoc tempus solum determinavit ad obligationem confessionis, non autem poenitentiae.

Non nego tamen quod peccatores, praesertim rudes, ab hoc peccato dilatae poenitentiae ob inadvertentiam ut plurimum, imo fere semper excusari possunt.

Dubitatur 2º. *An qui in articulo mortis suscepit sacramentum Poenitentiae cum attritione* (supposito quod attritio sine caritate praedominante sit sufficiens dispositio, juxta dicenda n. 440), *teneatur insuper elicere actum contritionis?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Suarez¹, Sanchez², Bonacina³, Concina⁴, Antoine⁵; et Valentia, Filiuccius, etc., apud Salmant.⁶ — Ratio, quia ex lege caritatis quilibet in articulo mortis tenetur tutiora quaerere remedia, ut ab omni periculo se liberet aeternae damnationis.

Secunda vero sententia negat. Et hanc tenent Lugo⁷, Laymann⁸, Palaus⁹, Roncaglia¹⁰, Sporer¹¹, Holzmann¹², Escobar¹³, et Salmant.¹⁴ cum Coninck¹⁵, Beccano, Salas, Fagundez, Turriano et aliis pluribus; valdeque probabilem putat Suarez¹⁶. — Ratio, quia, posito quod sit moraliter certa sententia, quod simplex attritio sufficiat in sacramento ad gratiam

¹ Disp. 15, sect. 4, n. 18, v. *Dico tamen*. — ² Decal., lib. 1, cap. 9, n. 34. — ³ De Poenit., qu. 5, sect. 1, punct. 2, n. 5, cum tr. de Legib., disp. 3, qu. 4, punct. 2, n. 2. — ⁴ De Poenit., lib. 1, diss. 1, cap. 8, n. 5. — ⁵ De Poenit., cap. 1, art. 1, qu. 4, resp. 2. — ⁶ Valent., in 3 P, disp. 7, qu. 8, punct. 4, v. *Huc accedit*. — ⁷ Fill., tr. 6, cap. 8, n. 197. — ⁸ Tr. 6, cap. 1, n. 35. — ⁹ Disp. 7, n. 263. — ¹⁰ Lib. 5, tr. 6, cap. 2, n. 7. — ¹¹ Tr. 23, punct. 3, n. 3. — ¹² De Poenit., cap. 1, qu. 4. — ¹³ Part. 3, cap. 2, num. 174. — ¹⁴ De Poenit., n. 546. — ¹⁵ Lib. 14, n. 130. — ¹⁶ Loc. cit., n. 89. — ¹⁷ Beccano, de Sacram., cap. 35, qu. 7, n. 3. — ¹⁸ Salas, in 1^a 2^{ae}, tr. 8, sect. 10, n. 93. — ¹⁹ Fagund., de 2^a praec. Eccl., lib. 2, cap. 4, n. 18. — ²⁰ Turri., cap. 1, num. 49.

cum praecipue in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo, in quo sine peccati remissione peccatum oporteat eum incurrire ».

f) Coninck, qui hic citatur a Salmant. (ex cardinali de Lugo tamen, *disp. 7, n. 262*), oppositam sententiam tenet, *disp. 3, n. 5 et 6*, quae scilicet dicit teneri ad contritionem; nihilominus refellit argumenta quibus alii eam probant, et concludit: « Ex quibus satis probabilitate concluditur talem, quantum potest, debere eniti ad dolorem omnino perfectum sive contritionem, ut saltem attritionem certo obtineat ».

g) Suarez, loc. cit., n. 17, priorem sententiam valde probabilem appellat.

h) Et ita etiam videntur tenere plures ex

consequendam, nullum in hoc adest morale periculum salutis: homo autem quocumque tempore, sive vitae sive mortis, non tenetur nisi ad eligenda media salutis tuta, non autem tutiora.

Utraque sententia est probabilis. — Sed prima omnino est consulenda; cum agatur de summo salutis negotio, cuius periculum est irreparabile²¹. Immo dico esse omnino sequendam ab eo qui esset in actuali articulo mortis: tunc enim quisque tenetur elicere actum caritatis (ut tendum cum Suarez¹⁵, Holzmann¹⁶, et Sporer¹⁷ cum Marchant, etc.), cui nemo potest satisfacere, si occurrente memoria peccati, ex eodem caritatis motivo peccatum non detestetur.

Dubitatur 3º. *An in diebus festis obliget praeceptum contritionis?*

Affirmant Marsilius, Petrus Soto, etc., apud Salmant.¹⁸; quia observantia festi ideo instituta est, ut animae sanctificentur¹⁹. — Sed negant communiter Canus, Dominicus Soto, Armilla, Suarez, Vasquez, Bonacina, Reginaldus, etc., cum Salmant.²⁰; quia finis praecepti non cadit sub praecepto. Vide dicta Lib. III, n. 264.

Dubitatur 4º. *An votum confessionis in contritione debeat esse explicitum?*

Select. disput., part. 1, disp. 21, dub. 2. — ²¹ Loc. cit., n. 18. — ²² De Virtutib. theol., num. 141. — ²³ Tr. 2, in Decal., cap. 5, n. 35. — ²⁴ Petr. Marchant, Tribun., tom. 2, tr. 2, tit. 4, sect. 1, qu. 2. — ²⁵ Marsili., in 4, qu. 12, art. 1, part. 5, dub. 3. — ²⁶ Petr. Soto, de Poenit., lect. 13, v. *Additur ultimo*. — ²⁷ Tr. 6, cap. 1, num. 49. — ²⁸ Canus, Select. de Poenit., part. 4, concl. 3. — ²⁹ Dom. Soto, in 4, dist. 17, qu. 2, art. 6, concl. 3. — ³⁰ Armill., v. *Contritio*, n. 2, i. f. — ³¹ Suan., disp. 15, sect. 6, num. 11, v. *Verumtamen*. — ³² Vasq., qu. 86, art. 2, dub. 6, num. 4 et 5. — ³³ Bonac., de Poenit., qu. 5, sect. 1, punct. 2, num. 2. — ³⁴ Regin., lib. 5, num. 22. — ³⁵ Tract. 6, cap. 1, num. 49.

auctoribus citatis pro secunda sententia; ut Laymann, qui dicit valde suspectam esse attritionem, nisi homo conetur elicere contritionem; quod et Salmant. ajunt etiam n. 45. Quin etiam Palaus et Sporer tenent secundam sententiam speculative tantum; sed « regulariter », ait Palaus, « existimo te obligatum esse contritionem procurare ut saltem attritionem attingas ». — Et Sporer, part. 3, cap. 2, n. 175: « Hanc sententiam [quae obligat ad contritionem] tamquam practice tuiorem in praxi omnino sequendam, consulendam, et a confessariis apud moribundos practicandam censeo ».

i) Marsilius sententiam hanc ut mitiore agnoscit; Petrus de Soto, ut tuiorem.

Utraque probabilis; prima, consulenda;

Omnino sequenda in actuali articulo mortis.

Contritio non obligat diebus festis.

Peccati remissio requirit votum sacramenti.

Certum est ex Tridentino¹ peccata non remitti nisi ex voto sacramenti Poenitentiae.

Dubium est *an hoc votum explicite sit habendum*.

Juxta alios, votum requiriatur explicitum. Affirmant Canus^j et Tournely²; quia illa quae de necessitate mediis sunt necessaria, explicite proponenda sunt ab eis quibus lex jam est manifestata. — Negant vero communiter et probabilius Bonacina³, Gonet⁴; et Salmant.⁵ cum Scoto^k, Suarez, Soto, Navarro, Alensi^h, Adriano, Filliuccio, Medina^h et aliis. Ratio 1^a, quia ex ipso Tridentino habetur, votum hoc includi in contritione; dum ibi sic dicitur: *Reconciliationem* (quae per contritionem perfectam obtinetur) *ipsi contritioni, sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam*. Quod in alio includitur, implicitum est, non explicitum. Ratio 2^a, quia illi qui habet notitiam confessionis, non est necesse ut dum conte-

ritur confessionis recordetur, sed sufficit ut illam non excludat; ergo ad contritionem non est essentiale ad remissionem peccati quod votum confessionis sit explicitum.

438. — Quaeritur 4^o. *An ad consequendam justificationem requirantur ad singula peccata singuli actus doloris?*

Affirmant Silvius^a, et Angles^b apud Busenbaum (ut supra n. 433, ad 5). — Alii autem, ut Sotus, Canus et Medina, apud Suarez^c, dixerunt saltem requiri unum actum doloris, qui detestetur omnia peccata distincte cognita.

Verum omnino tenendum oppositum cum sententia communi, quam tradunt Suarez^d, Laymann^e, Concina^f, Juenin^g, Cajetanus^h, Holzmannⁱ, Sporer^j, Croix^k; et Elbel^l cum Scoto, Mastrio et aliis passim. Omnes hi docent, non esse quidem opus adhibere ad singula peccata singulos actus doloris (quod Cajetanus

Sufficit unus actus doloris de omnibus peccatis.

¹ Sess. 14, de Poenit., cap. 4. — ² Praelect. de Poenit., qu. 4, art. 4. — ³ De Poenit., qu. 2, punct. 3, num. 8. — ⁴ Clyp., tr. 5, de Poenit., disp. 1, n. 88. — ⁵ Tr. 6, cap. 2, n. 28. — ⁶ Suar., disp. 17, sect. 3, n. 9, v. *Contraria*. — ⁷ Sotus, in 4, dist. 14, qu. 1, art. 5, v. *Quodst.* — ⁸ Navar., Man., cap. 1, n. 11. — ⁹ Adrian., in 4, de Sacram. Confess., qu. 1, v. *Restat nunc...* ad 2. — ¹⁰ Fill., tr. 6, cap. 2, num. 49. — ¹¹ Trid., loc. cit. — ¹² Sotus, in 4, dist. 17, qu. 2, artic. 3, concl. 3 et inferius. — ¹³ Canus, Select. de Poenit., part. 3,

^j Canus, *Select. de Poenit.*, part. 5, concl. 3, videtur utique favere huic opinioni; non tamen eamdem absolute tuerit.

^k Alensi, part. 4, qu. 18, membr. 2, art. 1, v. *Ad hoc quod obicitur: quod si contritus*, negat votum confessionis debere esse explicitum, « si vehementia doloris sit causa, vel quia subito sit praeventus ». Secus vero, si non cogitet de confessione propter negligientiam vel occupationem circa alia. — Scotus autem et Joan. Medina hic ex Vasquez allegantur, *de Poenit.*, qu. 86, art. 2, dub. 1, qui eos citat pro sententia docente aliquem quandoque justificari solo dilectionis actu, absque poenitentia et dolore formalis, casu nempe quo memoriae peccata non occurrant. Et ita reverenter Scotus, in 4, dist. 14, qu. 1, art. 3, v. *Ex his ad solutionem* (n. 17); et Medina, *Cod. de Poenit.*, tr. 1, qu. 2, v. *Quarto arguitur et seq.; qu. 5, v. Nec etiam videtur; et qu. 7, v. Corollarie sequitur*.

438. — ^a Silvius, *Suppl.*, qu. 2, art. 6, concl. 1 et 3, tenet secundam sententiam. Licet enim concl. 1 scribat: « *Ad justificationem regulariter et per se non sufficit contritus de universis peccatis generatim et confuse, sed*

requiritur specialis et distincta singulorum peccatorum, tam quoad numerum quam quoad speciem; ita scilicet ut singula recognitari debant, et de illis sic recognitatis formari una contritio ». At concl. 3, mentem suam explicat dicens: « *Quamvis salubre consilium sit de singulis saltem speciebus peccatorum distinctos dolores concipere, non est tamen id necessarium; sed satis est ut, postquam peccator omnia et singula peccata sua juxta eorum species et numerum, quoad potest, collegerit, unam contritionem concipiatur, quae feratur super omnia sigillatim recognitata* ».

^b De Angles vide supra notam c, ad n. 433. — ^c Concina, *de Poenit.*, lib. I, diss. I, cap. 9, n. 7, scribit: « *Contrito debet esse universalis, seu ad omnia peccata quae post maturum examen memoriae occurrunt se extendere debet. Et generatim de omnibus, etiam de iis quae, aut per oblivionem memoriae non occurrunt, aut per ignorantiam non cognoscuntur* ». Et citat Catechismum Romanum, ut ipse S. Alfonius.

^d Juenin, *Comment. de Sacr. Poenit.*, qu. 4, cap. 2, art. 4, concl. 2, potius adhaeret secundae sententiae.

dicit fore ridiculum), nec nequiri ut dolor referatur ad peccata distincte recognitata; sed sufficere de omnibus universaliter poenitere. — Et hanc sententiam D. Thomas (licet alibi contrarium, ut infra dicemus, videatur indicare), tamen in *Op. de Veritate*¹ expresse docet, sic dicens: *Omnia peccata convenient in aversione a Deo, ratione cuius gratiam impediunt; unde ad justificationem non requiritur quod in ipso justificationis momento aliquis de peccatis singulis cogitet; sed sufficit quod cogitet de hoc quod per culpam suam est aversus a Deo. Recognitatio autem singulorum peccatorum debet vel praecedere vel saltem sequi justificationem*. Intellige in ordine ad justificationem^e; ut recte explicant Suarez, Croix et alii. — Idem docuit Catechismus Romanus², ubi, quamvis antecedenter hortetur ut peccator sua crima singulatim detestetur, tamen ibidem sic subdit: *Is enim (Deus), cum nostrae salutis cupidissimus sit, nullam moram ad tribuendam nobis veniam interponit, sed peccatorem paterna caritate complectitur, simul atque ille se collegerit, et universe peccata sua detestatus, quae deinde alio tempore (si facultas erit) singula in memoriam reducere (id est ad confitendum) ac detestari in animo habeat, ad Dominum se converterit*.

Haec sententia probatur 1^o. Ex illo: *Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit* (Ezech. xxxiii). — Unde dixit S. Leo³: *Apud... (Deum) nullas patitur veniae moras vera conversionis*. Et S. Joannes Chrysostomus⁴: *Deum quantulamcumque, quamlibet brevi tempore gestam, poenitentiam non respuere*.

Probatur 2^o. Rationibus. *Ratio prima* est illa quam supra afferit D. Thomas, nempe: cum peccata consistant in aversione a Deo, sufficit ad gratiam recuperandam ut peccator per unum contritionis actum convertatur ad Deum; si enim peccator per primam conversionem gratiam

¹ Qu. 28, art. 5, ad 4. — ² Suar., disp. 4, sect. 6, n. 14. — ³ Croix, lib. 6, part. 2, num. 737. — ⁴ De Sacr. Poenit., n. 30. — ⁵ Epist. 108, ad Theodorum, cap. 4; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 54, col. 1018. — ⁶ Ad Theodor. lapsum, lib. 1, num. 6; cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 47, col. 234. — ⁷ Sess. 14, de Poenit., cap. 5. — ⁸ Suar., disp. 4, sect. 6, num. 9. — ⁹ In 4, dist. 17, qu. 2, artic. 3, sol. 3, ad 2.

^e Potius quam: In ordine ad justificationem, dicendum est: In ordine ad confes-

non recuperaret, sequeretur quod eodem tempore ipse esset conversus et aversus. Praeterea, cum peccator per primum actum se convertit ad Deum, nihil ei obstat quin veniam saltem illius peccati consequatur: peccata autem mortalia nequeunt remitti unum sine alio; unde necesse est ut ad primum actum una simul omnia remittantur. — *Ratio secunda*. Quia magnis peccatoribus, qui habitualiter per multum temporis versati fuissent in peccatis, impossibile esset statim converti ad Deum; cum impossibile sit brevissimo tempore singula peccata detestari aut singula in memoriam revocare. Sed oppositum constat ex Scripturis: nam plures peccatores, etsi multis peccatis gravati, tamen subito justificati fuerunt; ita accidit Magdalene, Latroni, Paulo, et praesertim Davidi, cui statim ac dixit: *Peccavi Domino, respondit propheta: Dominus quoque transtulit peccatum tuum*. (II. Reg. XII, 13).

— *Ratio tertia*. Quia alias quiesque a peccatis occultis non posset per dolorem universalis mundari; sed Tridentinum⁵ docet oppositum, dicens: *Reliqua autem peccata quae diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa esse intelliguntur, pro quibus fideliter cum propheta dicimus: Ab occultis meis munda me, Domine*. Si ergo dolor universalis valet delere peccata occulta, cur non delebit etiam peccata non singulatim detestata? — *Ratio quarta* et intrinseca est: quia (ut bene docet Pater Suarez) cum quis dolet de suis criminibus ex motivo universalis, quod pugnat cum omni peccato, tunc virtualiter peccata sua singula detestatur; actus enim ille doloris ad omnia et singula se extendit. Et haec ratio est ejusdem D. Thomae⁶, ubi dicit: *In illo contritionis motu subitaneo, quamvis non actualiter distinctio... inveniri possit: tamen inveniuntur... secundum quod singula peccata ordinem habent ad illud, de quo in illa contritione generali contrito dolendum*

lib. 1, num. 6; cfr. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 47, col. 234. — ⁷ Sess. 14, de Poenit., cap. 5. — ⁸ Suar., disp. 4, sect. 6, num. 9. — ⁹ In 4, dist. 17, qu. 2, artic. 3, sol. 3, ad 2.

sionem, uti explicant auctores citati, et sensus postulare videtur.

occurrit, scilicet offensa Dei. Unde addit quod sicut qui aliquam communitem diligit, virtute singulos diligit; ita qui dolet de omnibus peccatis, de singulis dolet.

Nec obstat illud quod dicit D. Thomas¹, ubi quaerens utrum peccatum veniale possit remitti sine poenitentia, respondet: *Exigitur autem ad remissionem peccati mortalis perfectior poenitentia, ut scilicet homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur quantum in ipso est, ut scilicet diligentiam adhibeat ad remorandum singula peccata mortalia, ut singula detestetur.* Etenim sapienter Cajetanus explicat eo loco, quomodo intelligentius sit S. Doctor: *Hoc potest, inquit, duplisper intelligi: vel quod... quot fuerunt peccata, tot oporteat esse detestationes..., et hoc est ridiculum asserere...; vel quod quodlibet peccatum terminet detestationem..., et hic est sensus litterae; ita quod sicut in confessione, dum peccator dicit, peccavi millies in fornicatione, iste unicus confessionis actus terminatur actualiter ad singulas mille fornicationum; ita quod actus interiores, dum peccatori displicant mille fornicationes, actualiter detestatur singulas illo uno et eodem actu.* — Illud autem quod dicit D. Thomas: *Diligentiam adhibeat ad remorandum singula peccata mortalia, ut singula detestetur,* necessario intelligi debet de rememoratione necessaria ad confessionem; nam non bene detestaretur peccata, qui illorum sigillatim non curaret reminisci ut ea confiteretur. Id enim patet ex alio textu ejusdem S. Doctoris supra allato, ubi, loquens de remissione peccatorum extra sacramentum, dicit: *Recognitio autem singulorum... debet vel praecedere*

¹ 3 P., qu. 87, art. 1, corp. — *Cajetan.*, in dict. loc. — ² De Poenit., diss. 1, cap. 9, num. 7, i. f. — ³ Method. Confess., lib. 1, cap. 1, n. 5. — ⁴ De Poenit., diss. 3, cap. 1, num. 14. — ⁵ Loc. cit., cap. 2, § 4, n. 29 et 30. — ⁶ Is est Gasp. Hurtad., de Poenit., disp. 6, diff. 8, v. *Addimus.*

vel saltem sequi justificationem. Si igitur recognitio singulorum peccatorum potest sequi justificationem, consequenter non est necessaria ad ipsorum remissionem; sed tantum ad confessionem, in qua singulatim cum detestatione peccata explicari debent.

Caeterum, bene advertit Pater Concina² consultum esse peccatorum deformitatem meditari, ut facilius detestationem concipiamus: exceptis tamen peccatis luxuriae, ut omnes admonent, ne eorum foetus maleficus animam inficiat. — Dicit autem Tamburini³ non esse inculcandum peccatori, ut specialiter doleat de peccato cui magis adhaeret, ne ex inductione ad illud magis detestandum, poenitentem periculo exponat ad illi magis adhaerendum. Sed merito ait Concina⁴ hanc doctrinam non esse sanam; quia poenitens qui majori passione afficitur erga aliquod peccatum, nisi inducatur ad speciale illius detestationem, remanente affectus radice, de facili ad vomitum redibit.

439. — Quaeritur 5º. An ad consequendam gratiam in sacramento Poenitentiae, praeter dolorem requirantur etiam explicite actus fidei et spei?

Affirmant Concina⁵, Hurtadus⁶, et Torres^{a)} et alii; quia ex Tridentino peccatores se parant ad justificationem, *credentes vera esse quae divinitus revelata et promissa sunt...*, *fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore.* — Negant vero Bonacina⁷, Azor⁸; et Escobar⁹ cum Filiuccio et Maldero; quia (ut dicunt) nulla sufficienti ratione probatur actus fidei et spei in confessione explicite requiri. — At ipse Escobar^{b)} et Lugo^{b)}

^{a)} Trident., sess. 6, de Justific., cap. 6. — ^{b)} Disp. 3, de 1º praec. Decal., qu. 2, punct. 2, num. 9. — ^{c)} Part. 1, lib. 8, cap. 7, qu. 6. — ^{d)} Lib. 14, num. 103. — *Fili.*, tr. 22, cap. 8, num. 255. — *Malder.*, de Fide, qu. 2, art. 7, v. *Sexto.*

fidei, sicut et Malderus et Azor; hic ultimus tam dicit actum poenitentiae conjunctum esse cum actu spei. — Filiuccius denique de solo actu spei loquitur.

^{b)} Nescio ubinam Escobar et Lugo id dicant; sed Escobar, lib. 14, n. 105, scribit peccatorem accedere ad Poenitentiae sacramentum «cum actu espresso contritionis; ergo etiam

*Expedi-
deformi-
tatem pec-
cati medita-
ri.*

*Juxta ali-
os, non re-
quiruntur etiam
explicite actus
fidei et spei.*

*Juxta ali-
os, non re-
quiruntur
explicite.*

*Conciliatur opinio-
nes.*

recte dicunt (has sententias optime conciliando) quod, cum quis accedit ad confessionem vere poenitens, necessario elicit explicite (non jam reflexe, sed quidem exercite) actus fidei et spei. Cum enim accedit ad recipiendam remissionem suorum peccatorum, procul dubio explicite etiam credit virtute sacramenti illa sibi remittenda; et explicite sperat per sacramentum Deum remissorum sibi peccata propter merita Christi.

440. — Quaeritur 6º. An ad rite suscipiendum sacramentum Poenitentiae requiratur contritio; vel an sufficiat attritio?

— Certum et commune est apud DD., non requiri contritionem perfectam, sed sufficiere attritionem.

Quaestio magna est: *An sufficiat attritio, sine amore inchoato qui oriatur ex caritate praedominante, quamvis remissa?*

Prima sententia negat; et hanc tenent Juenin¹, Merbesius², Morinus³, Habert⁴, Antoine⁵ et Concina⁶ cum aliis. — Rationes hujus sententiae patebunt ex objectionibus ad secundam sententiam, quam sequimur.

Secunda sententia fere communis affirmat. Et hanc tenent Canus⁷, Gonet⁸, Petrocorensis⁹ (qui asserit illustiores ex antiquis theologis huic adhaesisse), Tourneley¹⁰, Frassen¹¹, Wigandt¹²; Cabassuti¹³ cum Valentia, Viguero, Toletto et Navarro; Suarez¹⁴, Laymann¹⁵, Abelly¹⁶ (cum communi, ut ait), Lugo¹⁷ (qui dicit

¹ Instit., de Poenit., qu. 3, cap. 4, art. 2, § 1 et 2. — ² De Poenit., qu. 10, consecr. 2 et 3. — ³ De Discipl. in admin. S. Poenit., lib. 8, cap. 4. — ⁴ De Poenit., cap. 8, § 4. — ⁵ De Poenit., cap. 1, art. 1, qu. 6, resp. 2. — ⁶ De Poenit., diss. 2, Praeflog., n. 1; cfr. cap. 7, § 2 et seqq.; et cap. 8, n. 2 et 5 seqq. — ⁷ Select. de Poenit., part. 6, v. *Deinde etiam.* — ⁸ Man., tr. 5, cap. 4, § 4. — ⁹ De Poenit., cap. 5, qu. 2 et 3. — ¹⁰ Praelect. de Poenit., qu. 5, art. 3, concl. 1 et 2. — ¹¹ Tom. 10, tr. 1, disp. 2, art. 3, sect. 1, qu. 4, concl. 3. — ¹² Tr. 13, n. 45, resp. 4 et 5. — ¹³ Disp. 7, num. 273; cfr. disp. 5, num. 130 et seqq. usque ad 143. — ¹⁴ Tr. 23, punct. 7, n. 1 et 2. — ¹⁵ Disp. 5, de Poenit., qu. 5, sect. 1, punct. 3, n. 3, 4 et 11. — ¹⁶ Tr. 14, dist. 6, n. 41, 42 et 47. — ¹⁷ De Poenit., n. 535 et 537. — ¹⁸ De Contrit., cap. 2, qu. 1; cfr. cap. 1, qu. 1, resp. 2. — ¹⁹ Confer. 3, de Contrit., n. 60; cfr. n. 58. — ²⁰ Tr. 6, cap. 1, num. 22; cfr. n. 16 et 17. — ²¹ De Poenit., qu. 3, art. 2, n. 7; cfr. n. 1 et seqq. — ²² Lib. 6, part. 2, n. 873 et seqq. — ²³ Quodlib. 4, art. 10, corp. — ²⁴ Sess. 14, de Poenit., cap. 4.

Probatur ex Tridentino²⁵,
ex Tridentino²⁶.

cum actu fidei et spei implicito accedit in illo actu espresso contritionis contento ». Et hoc satis esse ait, ut sacramentum «non solum sit validum, sed etiam formatum ac fructuosum». Et n. 103: «Certe, inquit, quando tenetur quis gratiam amissam recuperare, tenetur actum fidei et spei explicitum vel im-

contrarium post Tridentinum non esse amplius probabilem), Palau¹⁸, Bonacina¹⁹, Anacletus²⁰, Holzmann²¹ (qui vocat moraliter certam), Roncaglia²², Elbel²³, Salmant.²⁴, Viva²⁵ et Croix²⁶ cum aliis innumeris. Hi dicunt sufficere attritionem, quae oriatur ex motivo honesto et supernaturali: nempe ex metu gehennae aut amissionis aeternae beatitudinis, aut ex consideratione turpitudinis peccati lumine fidei cognitae, non sine tamen aliquo initiali Dei amore, absque eo quod sit praedominans. — Huic sententiae aperte favet D. Thomas²⁷, ubi, postquam dixit quod per solam contritionem dimittitur peccatum antequam absolvatur, addit: *Quandoque contingit quod aliqui, non perfectly contriti, virtute clavium gratiam contritionis consequuntur.* Distinguit ergo S. Doctor, prout pariter distinguunt Tridentinum (ut mox videbimus), inter contritionem perfectam, quae extra sacramentum justificat; et imperfectam, quae justificat in sacramento: et haec non alia quidem debet intelligi quam *attritio*, sicut intelligitur et appellatur a Tridentino.

Probatur 1º. Ex eodem Tridentino²⁸, ubi sic dicitur: *Docet praeterea, et si contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur: ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non*

n. 5, v. *Tertius casus.* — *Navar.*, Man., cap. 1, n. 85. — ¹⁸ Disp. 5, sect. 1 et 2; disp. 15, sect. 4, n. 13; disp. 20, sect. 1, n. 10 et seqq. — ¹⁹ Lib. 5, tr. 6, cap. 2, num. 2; cfr. cap. 1, n. 9. — ²⁰ De Poenit., sect. 10, n. 2, 6 et 7. — ²¹ Disp. 7, num. 273; cfr. disp. 5, num. 130 et seqq. usque ad 143. — ²² Tr. 23, punct. 7, n. 1 et 2. — ²³ Disp. 5, de Poenit., qu. 5, sect. 1, punct. 3, n. 3, 4 et 11. — ²⁴ Tr. 14, dist. 6, n. 41, 42 et 47. — ²⁵ De Poenit., n. 535 et 537. — ²⁶ De Contrit., cap. 2, qu. 1; cfr. cap. 1, qu. 1, resp. 2. — ²⁷ Confer. 3, de Contrit., n. 60; cfr. n. 58. — ²⁸ Tr. 6, cap. 1, num. 22; cfr. n. 16 et 17. — ²⁹ De Poenit., qu. 3, art. 2, n. 7; cfr. n. 1 et seqq. — ³⁰ Lib. 6, part. 2, n. 873 et seqq. — ³¹ Quodlib. 4, art. 10, corp. — ³² Sess. 14, de Poenit., cap. 4.

licitum habere. Quippe actus poenitentiae ad divinam gratiam recipiendum necessarius est conjunctus cum actu spei quo peccator veniam sperat: at spes non est sine fide. Porro actum fidei et spei non est necessarium expresse eliciti, quia praecedens non retractatus, habitaliter persistere censetur ».

esse adscribendam. Illam vero contritionem imperfectam quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae et poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniae: declarat non solum non facere hominem hypocritam et magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse et Spiritus S. impulsus, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo poenitens adjutus, viam sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine sacramento Poenitentiae per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento Poenitentiae impetrandam disponit.

Objiciunt adversarii quod concilium (ut refert card. Pallavicini) post magnam disceptationem delevit verbum *sufficit*, antea in decreto positum, et substituit verbum *disponit*. Ideo dicunt attritionem sine caritate disponere quidem, sed non sufficere ad gratiam in sacramento suscipiendam.

Sed respondetur primo cum Gonet^{a)}, quod illud *disponit* idem significat ac *sufficit*. Nam ea dispositio non potest intelligi de dispositione remota; cum attritio etiam sine sacramento, quatenus est Dei donum, remote quidem disponat ad gratiam (sicut disposuit Ninivitas ad impetrandam remissionem poenae, ut dicit concilium): ergo necessario intelligenda est de dispositione proxima ad gratiam in sacramento recipiendam. Et hoc patet, ut recte advertit auctor theologiae pro usu seminarii Petrocorensis¹, ex illis verbis ut supra: *Et quamvis sine sacramento per se ad justificationem perducere nequeat, etc.* Ergo cum sacramento bene perducit: alias, si concilium intellexisset de sola dispositione remota, incongruenter et inepte protulisset quod attritio, quamvis sine sacramento nequeat justificare, tamen cum sacramento ad justificandum disponit; sed potius dicere debuisse quod attritio, licet sine sacramento non disponat ad gratiam impetrandam,

Pallavic., Histor. concil. Trid., lib. 12, cap. 10, n. 26 et 32. — ¹ De Poenit., cap. 5, qu. 2, v. *Horum doctrinam*,

disponit tamen cum sacramento. Verum patet Tridentinum hic loqui de dispositione proxima, dum distinguit duplēm dispositionem ad gratiam recipiendam: unam extra sacramentum, quae est contrito perfecta, et de qua prius meminit; et aliam in sacramento, quae est attritio, et de qua posterius loquitur. Si ergo concilium assignat contritionem perfectam ut proximam dispositionem ad gratiae consecutionem extra sacramentum, pariter assignat hic attritionem pro dispositione proxima ad gratiam in sacramento obtinendam. — Praeterea, concilium distinguit inter attritionem *extra* sacramentum, et hanc dicit esse donum Spiritus Sancti viamque parare ad justitiam, ac consequenter esse dispositionem remotam ad gratiam (sicut est quivis actus bonus), licet non sufficiat ad justificationem; et inter attritionem *intra* sacramentum, et hanc vocat dispositionem ad gratiam in sacramento recipiendam: ergo hanc supponit dispositionem proximam, alias inutiliter distinxisset. Praeterea, contritionem, quae est animi dolor ac detestatio de peccato commisso, Tridentinum dicit esse materiam vel quasi materiam hujus sacramenti. Deinde, licet hanc contritionem in perfectam et imperfectam dividat; attamen cum utrique competit contritionis definitio, et utramque ut materiam assignet, sequitur quod etiam contritio imperfecta proxime disponat ad gratiam consequendam.

Id confirmatur patenter ab eodem concilio, ubi post relata verba statim subditur: *Quamobrem falso quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint, sacramentum Poenitentiae absque bono motu suscipientium gratiam conferre.* — Nequaquam autem haeretici calumniabantur scriptores catholicos illos qui dicebant sacramentum Poenitentiae gratiam conferre contritis; sed eos tantum qui dicebant conferre attritis, eo quod ajebant hos poenitentes non carere bono motu ac sufficienti dispositione ad gratiam in

et v. *Videant qui hoc opponunt.* — Trident., sess. 14. de Poenitentia, cap. 4.

440. — ^{a)} Gonet, *Man.*, tr. 5, cap. 4, § 4, aperte hoc significat, cum dicit attritionem sufficere, et addit Trident. idem videri sentire, citans postea textum Trid. relatulum.

sacramento impetrandam. Sic enim Lutherus loquebatur (apud Frassen¹): *Tristitia ob foeditatem peccatorum, amissionem aeternae beatitudinis, etc., facit hypocritam, imo magis peccatorem; et tales indigne absolvuntur.* Et deinde ibidem improbabat eos qui *vocant attritionem hanc proxime disponentem ad contritionem*. Verum sancta synodus declarat falso his scriptoribus ab haereticis calumniis inferri: ergo horum sententiam concilium consequenter, aperte ab illorum calumniis vindicando, approbat. — Hinc testatur noster SS. Papa Benedictus XIV², post Tridentinum omnes scholas nostram sententiam plausu excepsisse. Quapropter, non immerito Cardenas, Salmant., Viva; et Croix cum Tanner, Coninck, Praeposito, Prado, Salas^{b)}, Suarez, Lessio, Raynaud, Palao, Sporer, Filiuccio et aliis, eam vocant moraliter certam; et oppositam, post concilium dicunt omnem probabilitatem amisisse.

Hic autem advertendum quod Alexander VII, die 5 Maii 1667, prohibuit sub excommunicatione Sedi Apostolicae reservata, ne quis audeat *alicuius theologiae censurae alteriusve injuriae aut contumeliae nota taxare alteram sententiam: sive negantem necessitatem aliqualis dictionis Dei in... attritione ex metu gehennae concepta, quae hodie inter scholasticos communior videtur; sive asserentem dictue dictionis necessitatem.* — Hoc tamen decreto non prohibetur quominus patroni alterutrius sententiae vocent suam veram sive certam: imo dicunt Lugo³, Cardenas⁴; Croix⁵ cum Hurtado; Viva⁶ et Holzmann⁷, non prohiberi quin opposita possit dici improbabili et falsa; quia improbabilitas et falsitas non sunt censurae theologiae. — Praeterquam quod

Luther., *Sermo 2 de Poenit.* (ubi textus non parum quoad verba discrepat). — ¹ Tom. 10, tr. 1, disp. 2, art. 3, sect. 1, qu. 4, concl. 3, v. *Denique*. — ² De Synodo, lib. 7, cap. 18, n. 6 et 7. — *Carden.*, diss. 2, n. 61. — *Salmant.*, tr. 6, cap. 1, n. 42. — *Viva*, Quaest. prodrom. ad propos. damn., num. 20. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 878 et seqq. — *Tann.*, disp. 6, qu. 6, n. 68, 75 et 78. — *Coninck*, disp. 3, n. 5; et qu. 62, num. 38, i. f. — *Praepos.*, de Sacr. Poenit., qu. 2, dub. 5, num. 56. — *Prado*, disp. scholast. et mor. de Poenit., qu. 3, dub. 2, § 3 et 4. — *Suar.*, disp. 20, sect. 1.

^{b)} Salas, *in Iam 2ae*, tr. 8, sect. 10, n. 93, dicit: «Si vero poenitens arbitretur attritionem

illam esse contritionem, vel esse certam dispositionem ad gratiam, ut ego cum aliis sentio»,

non justificare sine sacramenti voto (intellige explicito vel implicito). Nam respondeatur quod si hoc esset, nunquam verificaretur sacramentum Poenitentiae actu efficere quod significat, scilicet absolutionem peccatorum. Praeterea respondeatur ex can. *Si presbyter 12 et can. Agnovimus 13, caus. 26, qu. 6*, quod Julius et Coelestinus Papae dicunt, sacerdotem negantem absolutionem morienti eam postulanti causam esse illius damnationis; ergo supponunt Pontifices quod, esto moriens haberet votum sacramenti, et dispositus esset ad absolutionem, tamen ob ejus negationem damnaretur: ergo absolutio actu peccata remittit.

441. - Hoc non quidem negant ipsimet adversarii. — Sed dicunt (et signanter Silvius¹) quod peccatum extra sacramentum remittitur tantum per contritionem perfectam, nempe quae oritur ex caritate intensa; non autem per contritionem quae oritur ex caritate remissa, sive per attritionem ortam ex amore inchoato, qui, licet sit praedominans, sit tamen remissus^{a)}.

Sed respondeatur quod omnis dolor qui oritur ex caritate praedominante est contrito justificans hominem extra sacramentum; ut communiter docent DD. citati, ex D. Thoma, qui pluribus in locis id non obscure docet. Etenim² sic ait: *Contritio (ut saepe dictum est) habet duplicum dolorem. Unum rationis, qui est displicentia peccati commissi: et hic potest esse parvus adeo quod non sufficit ad rationem contritionis, ut si minus displiceret ei peccatum, quam debeat displicere separatio a fine; sicut etiam amor potest esse ita remissus, quod non sufficit ad rationem caritatis. Alium dolorem habet in sensu: et parvitas hujus non impedit rationem contritionis; quia non se habet essentialiter ad contritionem, sed quasi ex accidenti ei adjungitur; et iterum non est in*

¹ In Suppl. D. Thom., qu. 5, art. 1, v. *Responsio verior est*, (edit. Antverpien. 1622). — ² Suppl., qu. 5, art. 3. —

potentia nostra. Deinde sic concludit: *Sic ergo dicendum quod quantumcumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.* — Ergo, ex D. Thoma, ille cui displiceret separatio a fine jam habet contritionem sufficientem ad peccatum delendum; ille autem qui habet contritionem ortam ex caritate praedominante, jam ei magis displiceret peccatum, quia est separatio a fine; ergo jam hic consequitur remissionem peccati.

Nec valet dicere quod S. Doctor loquatur hic de dolore requisito in sacramento Poenitentiae. — Quamvis enim hic loquatur de partibus hujus sacramenti; tamen, loquendo de contritione, generaliter de ipsa loquitur tamquam virtute, prout faciunt auctores, qui agendo de dolore requisito ad sacramentum Poenitentiae, agunt etiam de contritione in genere. Unde S. Thomas ibi proponit quaestionem: *Utrum parva contritio sit sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum?*

Et inde resolvit: *Quaelibet contritio est gratia gratum faciente informata; ergo, quantumcumque sit parva, delet omnem culpam.* Nullum hic neque in toto articulo verbum facit S. Doctor de sacramento Poenitentiae; cur ergo ipsius doctrina est restringenda ad contritionem in sacramento? — Deinde, quod ipse loquatur de contritione in genere, patet ex quaestionibus quas antecedenter proponit, nempe: *An contritio sit dolor pro peccatis assumptus cum proposito confitendi? An sit actus virtutis? An contritio debeat esse de peccato originali? An tota vita sit tempus contritionis? An in alia vita animae conterantur de peccatis?* Subjecta horum Dubiorum reduci quidem non possunt ad contritionem uti materiam sacramenti.

Praeterea, quod S. Thomas fuerit pro hac sententia, nempe quod omnis contri-

S. Thom., Suppl., qu. 5, art. 3; qu. 1, art. 1 et 2; qu. 2, art. 2; qu. 4, art. 1 et 3.

441. - a) Silvius, in citata editione de tali imperfecta, sed vera contritione, dicit: «Potest aliquando habere conjunctam remissionem peccatorum sine sacramento re suscepto; sed id neque est ordinarium, neque admodum frequens; ignotum autem esse arbitramur, quando

id fiat». De illa autem contritione perfecta «quae est valde acris, vehemens et incensa», dicit: «Non raro habet conjunctam illam remissionem». Et solum de contritione perfecta «quae informantur caritate diffusa in cordibus per Spiritum Sanctum», dicit: «Omnis per-

tio deleat peccatum extra sacramentum, patet ex illo quod dicit¹, ubi: *Si... displaceceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum: quod requiritur ad rationem verae poenitentiae.* Item, ex textu supra allato², ubi (ut retulimus) ait *quod per solam contritionem dimittitur peccatum...*, sed si, antequam absolvatur, habeat hoc sacramentum in voto..., jam virtus clavium operatur in ipso, et consequitur remissionem culpe.

Ergo, semper ac loquitur S. Doctor absolute de dolore qui ad rationem contritionis pertingit, semper intelligit per ipsum remitti peccatum extra sacramentum.

442. - Quod autem quaevis contritio orta ex caritate praedominante, licet remissa, deleat peccatum, probatur¹. ex Tridentino³, ubi dicitur: *Etsi contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur, etc.* Ergo dolor caritate perfectus jam peccatorem justificat ante susceptiōnem sacramenti. — Adversarii tamen legunt contritionem, non caritate perfectam, sed caritatem perfectam; ex quo inferunt concilium loqui de caritate intensa. Sed ego et Petrocorensis, Frassen ac Lugo, legimus in pluribus exemplaribus^{a)} caritate perfectam. Et sic verosimilius legendum videtur: nam τὸ perfectam respicit proprie, non caritatem, sed contritionem; cum hic dividat concilium contritionem in perfectam et imperfectam, prout legenti patet. Immo, esto τὸ perfectam respiceret caritatem, non sequitur quod concilium ad justificationem extra sacramentum requirat caritatem intensam; nam caritas praedominans, adhuc remissa, etiam est perfecta caritas, quamvis intensa sit perfectior; perfectio enim aut imperfectio caritatis (ut bene ait Tournely⁴) non sumitur ex intensione aut remissione, sed

¹ 3 P., qu. 86, art. 3, corp. — ² Quodlib. 4, art. 10, corp. — ³ Sess. 14, de Poenit., cap. 4. — *Petroc.*, cap. 5, qu. 3, v. *At inquires.* — *Frassen*, tom. 10, tr. 1, disp. 2, art. 3, sect. 1, qu. 4, v. *Non denique*, ante concl. 1. — ⁴ *Lugo*, de Poenit., disp. 5, num. 102 et 124. — ⁵ *Praelect.*, de Poenit., qu. 4, art. 1, concl. 2. — ⁶ *Loc. cit.*, art. 2, concl. 2. — ⁷ *Loc. cit.*, art. 3, concl. — ⁸ *Tr. 6, cap. 1, n. 13.*

fecta contritio habet conjunctam remissionem peccatorum, quia caritas infusa non compatur secum aliiquid peccatum mortale».

442. - a) Scilicet in textu Tridentini, quem auctores isti referunt, legitur: *caritate perfectam*.

S. Bonaventura, Scoto, Paludano, Alensi, etc.; et Croix¹ cum Lugo, Aversa, Bosco et Gormaz, ex D. Thoma². — Nec videatur id posse dubitari; nam peregregie loquitur Pater Frassen³, dicens quod in substantia contritio non est imperfectior caritate: utraque enim tendit in Deum, sed diverso modo. Caritas tendit in Deum per modum consecutionis, ut summum bonum; contritio vero, per modum fugae, quatenus homo detestatur peccatum ut summum malum, utpote Deo oppositum. Caritas tendit immediate in Deum, et mediate in odium peccati; contritio autem immediate in odium peccati, et mediate in amorem Dei. Unde concludit quod contritio sit actus formalis caritatis; cum propter Dei dilectionem homo oderit peccatum. — Praeterea, cum contritio ex solo motivo caritatis oriatur, non potest contritio existere, nisi praecedat simulque coexistat caritas. Nam contritio nihil aliud est quam dolor de peccato, quatenus offensa Dei summe dilecti: unde qui conteritur, necesse est ut exercite, etsi non reflexe, actum caritatis eliciat; et ideo S. Thomas⁴ dixit: *Actus... et habitus caritatis simul sunt tempore cum actu et habitu poenitentiae.* — Posito igitur quod contritio sit etiam vera caritas, sive necessario cum caritate conjuncta, necessario etiam dici debet quod remittat peccatum.

Patet nimis luculenter ex divinis Scripturis, quod qui Deum diligit jam participes est amicitiae Dei; prout Prov. viii: *Ego diligentes me diligo. Joan. xiv: Qui... diligit me, diligetur a Patre meo. I. Petr. iv: Caritas operit multitudinem peccatorum. I. Joann. iv: Omnis qui diligit, ex Deo*

¹ S. Bonav., in 4, dist. 16, part. 1, artic. 1, qu. 2; cfr. etiam art. 2, qu. 1. — *Scot.*, in 4, dist. 14, qu. 2, n. 20, ad ult. — *Patud.*, in 4, dist. 17, qu. 1, art. 1, concl. 2 (n. 9); et art. 4, concl. 1, (n. 22). — *Alens.*, part. 4, qu. 17, membr. 2, art. 1, § 3, resol. — ² Lib. 6, part. 2, n. 726. — *Lugo*, disp. 1, num. 30 et 31; et disp. 5, num. 92. — *Aversa*, de Poenit., qu. 3, sect. 7, v. *Dico tamen I^o. Bosco*, de Poenit., disp. 6, sect. 2, n. 117 et 118. — *Gormaz*, de Poenit., part. 1, n. 263. — ³ 8 P., qu. 85, art. 6; et qu. 86, art. 3. — ⁴ Tom. 10, tr. 1,

natus est. — Hinc D. Augustinus⁵ dixit: *Timor medicamentum, caritas sanitas.* Et ⁶: *Caritas efficit filium Dei.* Item⁶: *Deum non vides: ama, et habes.* Et, agens de caritate⁷, dicit: *Quam cum habere coepit (homo), Spirillum S. habebit.* — S. Joan. Chrysostomus: *Ubi caritas est, omnia sublata sunt mala.*

Et apertius id docet S. Thomas⁸, ubi ait: *Caritas... non potest esse cum peccato mortali.* Et quod hic S. Doctor non loquatur de caritate intensiva, sed de sola caritate praedominante, patet ex eo quod ipse met dixit qu. 24, art. 12, ad quam se remittit, ubi inquit: *Quilibet... actus peccati mortaloris contrariatur caritati secundum propriam rationem, quae consistit in hoc quod Deus diligatur super omnia.* — Unde imerito Pater Concina⁹ dicit quod S. Doctor illam caritatem intelligit non posse esse cum peccato, quae est in gradu intenso, cum dicat S. Thomas⁹: *Amor potest esse ita remissus, quod non sufficit ad rationem caritatis.* Nam respondet quod hic D. Thomas nihil aliud vult intelligere, nisi quod si amor est ita debilis, ut nondum attingat objectum caritatis, scilicet nondum diligit Deum super omnia, haec non est vera caritas, sed initium caritatis; si vero sufficit ad rationem caritatis, quae consistit in dilectione Dei super omnia (ut supra explicavit, dicta qu. 24, art. 12, ubi: *Quilibet, etc.*) haec, quantumcumque sit remissa, est vera caritas, et hanc dicit non posse esse cum peccato mortali. Et ratio evidens est: quia sicut quaecumque aversio a Deo tamquam a fine ultimo, etiam in gradu remisso, sufficit ad amittendam Dei ami-

⁵ 8 P., qu. 85, art. 6. — ⁶ In epist. 1 S. Joan. (ad Parthos), tr. 9, n. 4, i. f.; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 35, col. 2048. — ⁷ Sermo 34, cap. 3, n. 5; ap. Migne, tom. 38, col. 211. — ⁸ In Joan. evang., num. 8; ap. Migne, tom. 35, col. 1462. — *S. Joan. Chrysost.*, in epist. II ad Timoth., homil. 7, num. 3; ap. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 62, col. 640. — ⁹ 2^a 2^a, qu. 45, art. 4, corp. — ¹⁰ Suppl., qu. 5, art. 3, corp.

^b) Hic est sensus, non verba S. Augustini, *Contra duas epist. Pelagian.*, lib. 1, cap. 2, n. 5; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 44, col. 552. Cfr. *Opus imperf. contra Julian.*, lib. 3, n. 106, ap. Migne, tom. 45, col. 1292.

^c) Concina, *de Poenit.*, lib. 1, diss. 2, cap. 5, § 1, n. 3: « Audit impius, inquit, in scelerum coeno demersus sibi eloquenti oratione representari immensam Dei bonitatem, ejusque infinitae amabilitatis praerogativas, illius ju-

citiam; ita quaecumque vera conversio sufficit ad eam recuperandam; ex illo: *Convertimini ad me..., et convertar ad vos.* (Zach. 1); et alio: *Impietas impii non nocet ei, in quacumque die conversus fuerit.* (Ezech. xxxiii). — Unde Bellarminus¹ ait: *Actus dilectionis (Dei) super omnia opponitur peccato..., et expellit illud efficienter... Itaque sine miraculo non potest... post actum dilectionis (Dei) super omnia manere peccatum.*

Id clare confirmatur ex prop. 32 Michaelis Baji, damnata a Gregorio XIII, quae dicebat: *Caritas illa quae est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.* — Certum est apud omnes quod caritas requisita ad implendam legem non oportet ut sit intensa; sed sufficit si pertingat ad diligendum Deum super omnia. Quidquid enim dicat Juenin², requiriens caritatem intensam ad implendum praeceptum amoris, ex illo: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, etc.*; communiter tamen theologi oppositum tenent cum D. Thoma³, qui, explicans illud *ex toto corde quomodo sit intelligendum*, sic ait: *Cum mandatur quod Deum ex toto corde diligamus, datur intelligi quod Deum super omnia debemus diligere.* Et ibidem⁴: Ad veram caritatem satis esse quod habitualiter aliquis totum cor suum ponat in Deo, ita scilicet quod nihil cogitet vel velit quod divinae dilectioni sit contrarium: et haec perfectio est communis omnibus caritatem habentibus. Ergo perfectio caritatis in hoc consistit, quod homo diligit Deum super omnia, et nihil velit contrarium divinae dilectioni; ut patet ex illo I. Joan. II, 5: *Qui... servat verbum Christi (scilicet legem implet), vere in hoc caritas Dei perfecta est.* — Hinc certum est caritatem

¹ De Justificat., lib. 2, cap. 16, v. *Ex his ad rationes Ad I^o.* — *Gregor. XII*, bulla *Provisionis nostrae*, 4 Kal. Februar. 1579. — ² Instit. de Virtutib. theol., qu. 3, cap. 4, art. 3, § 1. — ³ 2^a 2^a, qu. 44, art. 8, ad 2. — ⁴ 2^a 2^a, qu. 24, art. 8, corp. — ⁵ Disp. 4, sect. 4, n. 7. — ⁶ Decal., lib. 2, cap. 35, num. 2. — ⁷ Disp. 3, de 1^o Fraec., qu. 4, punct. 1,

stitiam, munificentiam et incredibilem clementiam; affici se experitur erga Deum super omnia diligibilem, atque in eodem sibi complacet. Dilectio ista est veluti quoddam primum imperfectissimae divinae dilectionis

praedominantem, licet remissam, legem implere; ut communiter cum D. Thoma (ut supra) docent Suarez⁵, Sanchez⁶; Bonacina⁷ cum Valentia et Reginaldo. Et ipse Habert⁸, esto ipse sit contrariae sententiae quoad sufficientiam attritionis; hoc tamen non negat, nempe sufficere ad impletionem praecetti caritatem remissam, modo sit praedominans, cum nullum sit praecemptum (ut ait) de intentione caritatis; nam alias Deus praeciperet rem impossibilem, cum non sit in nostra potestate intensam caritatem habere: nisi dicere velis cum Contin. Tournely⁹, quod quisquis habet amorem Dei praedominantem, necessario habet etiam amorem intensivum (rationalem, non jam sensitivum) praedominantem, qui bene sufficit ad implendum praecemptum. Sed si intensio amoris sic intelligatur, quaestio est tantum de nomine. — Caeterum certe praecemptum implet qui habet caritatem appretiative praedominantem. Et hanc caritatem dicebat Bajus posse esse conjunctam cum peccato; et hoc damnatum est. Ajebat enim Bajus: *Caritas illa quae est plenitudo legis non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.* Ergo, ut recte dicit magister meus, illustrissimus et doctissimus episcopus Torni, proposatio opposita tenenda est: *Caritas illa quae est plenitudo legis semper est conjuncta cum remissione peccatorum.* — Nec valet dicere quod propositio fuerit proscripta respectu ad caritatem habitualis, nempe cum quis est in gratia; non vero respectu ad caritatem actualem: nam bene respondet Lugo¹⁰ quod Bajus loquebatur de caritate quae est plenitudo legis, et de qua loquebatur Apostolus ad Rom. XIII. Hinc non dubitandum quin Bajus locutus fuerit, non de habitu caritatis sive de gratia justificante,

n. 2. — *Valent.*, in 2^a 2^a, disp. 3, qu. 4, punct. 2, v. *Neque tamen.* — *Regin.*, lib. 17, n. 97. — ⁸ De Caritate, cap. 1, qu. 6. — ⁹ De praec. Decal., cap. 1, art. 3, sect. 4, punct. 1, concl. 1; et clariss., v. *Neque nostra.* — *Julius Torni*, Annot. ad Estium, in 4, dist. 17, § 3, annot. d. — ¹⁰ De Poenit., disp. 5, n. 101.

lineamentum, quod rationem caritatis forte non attingit, quia S. Thomas, in *Suppl.*, *quaest. 5, artic. 3*, inquit: *Amor potest esse adeo remissus quod non sufficiat ad rationem caritatis.* Et ita quidem Concina.

sed de actu dilectionis; per solum enim habitum non impletur lex, sed per actum: cum lex non habitum praecipiat, sed actum caritatis (ut doctores communiter dicunt), quia habitus non cadit sub praecepto, et praecpta non implentur nisi per actus.

Id confirmatur ex propos. 70 damnata ejusdem Baji, quae dicebat: *Homo existens in peccato mortali... potest habere veram caritatem; et caritas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeternae damnationis.* — Bajus igitur hic distinguebat caritatem veram a perfecta; per τὸ etiam perfecta (nota sedulo illud additum etiam) utique intelligebat caritatem intensam, et per τὸ veram, caritatem remissam, quae sine dubio vera caritas est, cum majus et minus non varient speciem: et utraque pars propositionis damnata est. — Nescio quomodo his responderi possit.

Ex his omnibus congestis patet oppositam sententiam, quae dicit contritionem cum caritate remissa non justificare extra sacramentum, esse omnino improbabilem et falsam. — Unde dicit Lugo¹, eam ab omnibus theologis communiter rejici. Immo (apud ipsum²) Coninck vocat erroneam; Vasquez, contra sententiam catholicam; Alphonsus Curiel, parum tutam in fide; alii vero, temerariam et scandalosam: temerariam, quia in re gravissima discedit ab omnibus theologis et communi sensu SS. Patrum; scandalosam vero, quia removet homines a saepius procuranda contritione. — Et ideo testatur Gonet³ quod Silvius licet prius oppositam sententiam tutus fuisset, postea tamen se retractavit⁴: *Cum ea (ait Gonet)... variis Scripturae, conciliorum et SS. Patrum testimoniis... apertissime contradicat.*

Objiciunt autem 1º. contra nostram sententiam de sufficientia attritionis: Peccator aversus a Deo non potest ad Deum converti, nisi per caritatem formalem et actualem.

Respondet: Hoc siquidem requiritur extra sacramentum; et ratio est, quia, sicut per peccatum, quod est actualis contemptus Dei, homo avertitur a Deo, ita per amorem actualem debet se ad Deum convertere. — Aliud vero dicendum de remissione peccatorum intra sacramentum: quia, cum sacramentum virtutem habeat delendi peccatum, et nonnisi per infusionem gratiae, quae est ipsa caritas habitualis, sufficit ad gratiam obtinendam, ut peccator per attritionem sit dispositus ad sacramentum recipiendum, virtute cuius sine caritate actuali convertitur ad Deum; prout extra sacramentum per caritatem converteretur. Et sic intelligitur quomodo peccator ex attrito fit contritus, nempe, quia virtute clavium aequivalenter contritus redditur; prout dicunt fautores nostrae sententiae communiter ex D. Thoma⁴, ubi docuit: *Aliqui non perfecte contriti virtute clavium gratiam contritionis consequuntur.*

Objiciunt 2º. Qui dolet de peccato propter poenam, magis odit poenam quam peccatum; unde si non habeat caritatem, non potest Dei gratiam adipisci.

Respondet distinguendo: Qui actu magis odisset poenam quam culpam ex timore qui dicitur serviliter servilis, adeo ut ille peccare vellet, si non esset poena puniendus; hic non solum non eliceret actum bonum, sed positive malum, quia non excluderet a suo dolore voluntatem peccandi. — Qui vero odit culpam propter poenam, et excludendo omnino voluntatem peccandi, dolet offendisse Deum propter metum inferni; iste jam elicit actum bonum, qui oritur ex caritate ordinata erga seipsum (ut declaravit Tridentinum, et confirmavit Alexander VIII damnando propositionem 15, quae dice-

¹ Disp. 5, n. 99. — ² Loc. cit., num. 115. — ³ Coninck, qu. 68, n. 30. — ⁴ Vasq., in 3 P., disp. 152, num. 3. — ⁵ Alph.

¹ Curiel, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 112, art. 3, dub., § 2, concl. 1. — ² Clipp., tr. 5, disp. 3, n. 27. — ³ Quodlib. 4, art. 10, corp.

⁴ Et sane apud me editio Antverpiensis 1622 propugnat priorem sententiam cum iis distinctionibus quae in nota a, ad n. 441, expositae sunt; sed in aliis recentioribus editionibus, ut est apud me Veneta anni 1726, Silvius, loc. cit., videlicet in Suppl. D. Thom.,

in eam. quaest. 5, art. 1, diversimode quae-
stionem exponit et solvit, et pro concl. 2, hanc statuit: «Recte dicitur quod omnis contritio semper habeat conjunctam remissionem pec-
catorum, si nomine contritionis intelligatur ea contritio quae est caritate perfecta, cuius

Responde-
tur.

Objic. 3:
Justificatio
requirit
principium
dilectionis.

Respon-
det et ex-
plicatur.

Objectio
secunda ex
i n s u f f i -
cientia dol-
oris propter
poenam.

Responde-
tur.

bat: *Attritio quae gehennae et poenarum metu concipitur sine dilectione benevolentiae Dei propter se, non est bonus motus ac supernaturalis;* et ideo jam se dispositum reddit ad gratiam in sacramento consequendam.

Objiciunt 3º. Ad quamcumque justificationem omnino requiritur saltem principium dilectionis; prout declaravit Tridentinum¹, ubi dixit quod peccatores, dum ad justificationem disponuntur, Deum... tamquam omnis justitiae fontem diligere incipiunt, ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod et detestationem.

Respondet: Non negamus ad justificationem requiri initium amoris; nec negamus illud requiri etiam in sacramentis mortuorum, dum concilium ibi agit praesertim de justificatione per Baptismum. Sed qualis, quaeso, amor a concilio requiritur? Numquid perfecta caritas? vel an tantum initium caritatis? — Hic refert advertere id quod testatur card. Pallavicini², nempe quod aliqui Patres concilii, vice τὸν diligere incipiunt, contendebant quod adderetur: *per actum caritatis;* sed huic concilium restitit, et confirmavit ut poneretur tantum: *diligere incipiunt.* Cur restitit? nisi quia judicavit non requiri ad justificationem in Baptismo (sive in sacramento Poenitentiae, haec enim sacramenta pari passu procedunt) actum perfectae caritatis.

Hoc autem initium amoris, ut bene docent Gamachaeus³, Frassen⁴, Petrcorensis⁵ et Tournay⁶, jam habetur in attritione quam supra descriptimus: Primo per timorem divinae vindictae; juxta illud Eccli. xxv, 16: *Timor Dei initium dile-*

¹ Sess. 14, de Poenit., cap. 4. — ² Sum. theol., in 3 P., de Poenit., cap. 9, v. *Secundo distinguitur*, et v. *Rursus vero.* — ³ Tom. 10, tract. 1, disp. 2, art. 3, sect. 1, qu. 4, concl. 1, i. f.; et concl. 2, v. *Vel dico.* — ⁴ De Poenit., lib. 2, cap. 17 et 19.

videlicet motivum immediatum est Deus ut est in se summe bonus, seu divina bonitas propter se diligenda».

⁵ Pallavicini, *Hist. conc. Trid.*, lib. 8, cap. 13, n. 13, factum istud his verbis narrat: «Per tenorem decreti prius delineati, nullam fieri dilectionis mentionem, sed [aliquos]... admonuisse ut aliquis caritatis actus inscreretur; cumque id ad omnium Patrum iudicium re-

latum fuerat cum aliis praecipuis notis... vi-
ginti tres ex ipsis diserte illud comprobasse,
adeoque insertum decreto; sed postea aliis
haud probatum, verum a theologis strenue
propugnat et per haec verba retentum.
Non est sermo eo loco de habitu caritatis, sed
cum in particula quae loquitur de poeniten-
tia, nulla fiat mentio amoris, visum est cum
fide et spe jungere aliquem dilectionis actum».

excludit, eamque jam incipit habere, et aliquo modo ad Deum se convertit.

Caeterum, quis negat esse omnino expediens ut poenitentes pro viribus conentur elicere actum contritionis perfectae, utque confessarii studeant semper eos ad illam excitare, ut tutius illi divinam gratiam consequantur? — Verum nostra sententia utique proderit, ut si quis accedat cum sola attritione, non se retrahat ab hoc sacramento, et confessarius eum non rejiicit tamquam indispositum.

443. — Quaeritur 7º. An in confessione sufficiat attritio ex metu poenarum temporalium prout infliguntur a Deo?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Lugo¹, Suarez², Sporer³, Anacletus⁴, Viva⁵, Elbel⁶, qui cum Gobat⁷ vocat moraliter certam; item Granado, Reginaldus, Moya, Aversa, etc., cum Croix⁸, qui vocat probabilissimam. — Ratio, quia Tridentinum⁹, inter motiva attritionis ad sacramentum sufficientis, dicit: *ex gehennae et poenarum metu*. Ubi per rō gehennae intelligitur poena aeterna, per rō autem poenarum videtur intelligi poena temporalis, cum ibi concilium adducat exemplum poenitentiae Ninivitarum, quae con-

¹ Disp. 5, num. 137. — ² Disp. 5, sect. 2, num. 15. — ³ Part. 3, cap. 2, n. 242. — ⁴ Tr. 14, dist. 6, n. 42. — ⁵ In prop. 15 Alex. VIII, n. 12. — ⁶ Jacob, de Granado, in 3 P., controv. 7, de Poenit., tr. 2, disp. 8, n. 5. — ⁷ Regin., lib. 5, n. 40. — ⁸ Moya, tr. 8, disp. 5, qu. 4, n. 1 et seqq. — ⁹ Aversa,

cepta fuit ob metum excidii sua civitatis: sicut enim Deus comiminatur poenas aeternas, sic temporales ad peccatores absterrendos.

Secunda vero sententia negat. Et hanc tenent Concin¹⁰, Canus¹¹; item Hurtadus¹², Vasquez, apud Diana¹³. Et Cardenas dubitat¹⁴ an prima sententia sit moraliter certa. — Ratio, quia, licet Tridentinum dicat ex metu gehennae et poenarum, non tamen distinguunt gehennae vel poenarum. Unde probabiliter ponit utrumque pro eodem; cum enim poena peccati mortalis sit aeterna, de malo aeterno poenitens timere debet.

Prima sententia videtur probabilior; nam gehenna cunctas complectitur aeternas poenas: et ideo, dicente concilio et poenarum, aliquid aliud praeter poenam aeternam intelligendum est. — At cum secunda non careat sua probabilitate, saltem extrinseca, puto tutius in praxi eam servandam esse.

444. — Quaeritur 8º. An possit dari sacramentum Poenitentiae validum et informe? — Casus esset, nempe si quis duo mortalia commiserit, unum furti, alterum perjurii; deinde memor tantum furti, de

qu. 11, sect. 5, v. *Secundus modus*; et qu. 2, sect. 14, v. *Rursus haec attritio*. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, num. 884. — ¹¹ Sess. 14 de Poenit., cap. 4. — ¹² De Poenit., lib. 1, diss. 3, cap. 1, n. 11. — ¹³ Vasquez (non tamen pro hoc asserto a Diana citatur), qu. 92, art. 1, dub. 3. — ¹⁴ Part. 9, tr. 9, resol. 51.

Juxta a.
lios, non
sufficit.

Prima op.
nio, proba.
bilior; se.
cunda, pro.
babilis et in
praxi ser.
vanda.

Casus de
Poenitentia
valida et in.
formi.

443. — a) Elbel, confer. 3, de Contrit., n. 59, sufficientem ait esse dolorem, « si doleat, quia apprehendit et metuit Deum, qui peccata vindicare consuevit per hujusmodi poenas temporales ». Idque explicat eo sensu quod « peccator dolet non praecise ob istas poenas, ut infictas a Deo, sed propter timorem Dei, qui solet per hujusmodi poenas vindicare peccata ». Et hanc sententiam ita intellectam appellat moraliter certam cum Gobat. — Sed revera Gobat, tr. 6, n. 47, asserit satis esse dolorem qui procedit ex metu poenarum temporalium, prout a Deo infictae. Quod autem moraliter certum affirmat, n. 51, est hoc aliud assertum: attritionem nimis sufficere cum sacramento Poenitentiae, ad peccati remissionem.

b) Canus, Select. de Poenit., part. 6, v. Ad secundum principale, loquitur de metu poenarum temporalium indistincte, nulla sciencie facta mentione de Deo eas infigente; et negat metum istum esse sufficientem dispositionem. Si tamen homo putet se sufficienter

dispositum, sacramentum non carebit effectu, ut dicit idem Canus, § seq.

c) Gaspar Hurtadus non citatur a Diana pro hoc asserto; et profecto, disp. 6, diff. 5, Hurtadus tuetur priorem sententiam. Scribit enim: « Aegidius... et Ochagavia... docent, et merito, attritionem et dolorem peccatorum ob malum temporale cum respectu ad Deum, a quo immissum aut immittendum est in poenam..., sufficere ad effectum sacramenti Poenitentiae; non vero ob malum temporale, ut aliunde eveniens aut eventurum absque respectu ad Deum ».

d) Quin etiam Cardenas in opere suo posthumo, in prop. 1, diss. 2, n. 72, scribit: « Haec opinio [quae docet hujusmodi metum sufficere]... est minus tuta; nam si coram Deo non est vera, sacramentum Poenitentiae frustratur... Itaque huic opinioni non remanet probabilitas practica, ut quis advertenter confiteatur cum illa sola attritione », nisi post factum. Cardenas tamen non videtur satis sibi in hoc constare; etenim part. 3, disp. 71,

ipso dumtaxat confitetur, dolens non ex motivo universalis, sed ex motivo speciali turpitudinis supernaturalis quam habet furtum. Quaeritur an hic, licet gratiam non recipiat, valide tamen confiteatur: ita ut sacramentum, sublato obice, nempe detestato peccato oblio, reviviscat ad causandam gratiam; nec postea sit obligatio repetendi peccatum jam confessum, sed solum omissum.

Prima sententia negat. Et hanc tenent Elbel¹, Concin²; Felix Potestas³ cum Scoto; Holzmann⁴ cum Bosco, Sporer, Mastrio, San-Gallensi et scotisti communiter (ut asserit); item Vasquez, Laymann, Coninck, Sà, etc., apud Croix⁵. — Ex ipsis autem aliis (ut Vasquez, Potestas et Elbel) dicunt tale sacramentum esse validum et formatum, id est cum effectu gratiae. Ratio, quia, cum poenitens doleat ut divinam recuperet amicitiam, licet doleat ex speciali motivo turpitudinis furti, tamen ejus dolor virtualiter se extendit ad omnia mortalia oblitera, utpote opposita reconciliationi cum Deo intentae; ac proinde, si dolet de turpitudine specifica, debet etiam dolere de generica, quae talem reconciliationem impedit. — Alii vero e converso (ut Holzmann, etc.) dicunt tale sacramentum esse non solum informe, sed etiam

¹ Confer. 3, de Contrit., num. 82. — ² Lib. 1, diss. 4, cap. 11, n. 3. — ³ Exam., tom. 1, num. 3082. — ⁴ Scot., in 4, dist. 1, qu. 5, n. 7, v. *Contra istam opinionem*. — ⁵ De Poenit., n. 506. — ⁶ Bosco, de Sacr. Poenit., disp. 7, sect. 4, n. 48 et seqq. — ⁷ Spor., part. 3, cap. 2, a. n. 263. — ⁸ Mastri, Theol. mor., disp. 21, num. 136; et in 4, disp. 5, qu. 14. — ⁹ Sangall., Curs. theol. monaster. S⁹ Galli, de Poenit., qu. 3, dub. 2, v. f., concl. 2. — ¹⁰ Vasq., qu. 92, art. 2, a. n. 18. — ¹¹ Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 9. — ¹² Coninck, disp. 4, dub. 5, n. 40 et 41; et dub. 11, n. 71. — ¹³ Sà, v. *Confessio*, n. 6. — ¹⁴ Lib. 6, part. 2, num. 672. — ¹⁵ Vasq., loc. cit. — ¹⁶ Potest., Exam., tom. 1, num. 3087 et seqq. — ¹⁷ Elbel, confer. 3, de Contrit., n. 82, i. f. — ¹⁸ Holz., de Poenit., n. 506. — ¹⁹ Sess. 14, de Poenit., cap. 3. — ²⁰ Disp. 14, a. n. 65, et n. 88. — ²¹ Disp. 20, sect. 5, n. 7, v. *Nihilominus tamen*. — ²² Valent., disp. 7, qu. 11, punct. 2. — ²³ Fili., tr. 7, cap. 6, qu. 11, n. 166. — ²⁴ Tann., tom. 4, disp. 6, qu. 7, n. 113 et seqq. — ²⁵ Escob., tr. 7, exam. 4, cap. 5, n. 41; edit. Lugdun. s. d. (ai., n. 28). — ²⁶ Loc. cit., m. 672. — ²⁷ Clyp., tr. 5, disp. 10, n. 3 et 12. — ²⁸ Suppl., qu. 9, art. 1; et in 4, dist. 17, qu. 3, art. 4, solut. 1.

invalidum. Ratio, quia in Tridentino⁶ habetur quod dolor dicitur pars hujus sacramenti, quatenus operatur remissionem peccatorum; ergo, si dolor ille particularis remissionem non causat, nunquam erit materia apta ad sacramentum, ac proinde sacramentum erit semper invalidum.

Secunda vero sententia probabilior affirmat. Et hanc tenent Lugo⁷, Suarez⁸; item Toletus⁹, Valentia, Filiucci, Bonacina¹⁰, Tanner, Escobar, etc., cum Croix¹¹; ac Gonet¹² cum aliis thomistis communissime, ex D. Thoma¹³, cujus verba retulimus n. 87. — Hi enim auctores dicunt talem poenitentem *non consequi gratiam*: quia ex una parte, unum mortale non potest remitti sine alio; et ex altera, cum peccator doleat tantum ex motivo particulari turpitudinis furti, non potest obtinere remissionem perjurii, cuius non minuit nec dolet. — Dicunt tamen hujusmodi sacramentum esse *validum*; quia nulla deest pars essentialis ad valorem: non confessio, cum fiat integra eorum peccatorum quae memoriae occurront: non dolor, cum jam adsit circa peccatum confessum: nec absolutio, ut supponitur. Unde nihil obstat quominus tale sacramentum validum dici possit.

⁶ Lib. 6, part. 2, num. 672. — ⁷ Vasq., loc. cit. — ⁸ Potest., Exam., tom. 1, num. 3087 et seqq. — ⁹ Elbel, confer. 3, de Contrit., n. 82, i. f. — ¹⁰ Holz., de Poenit., n. 506. — ¹¹ Sess. 14, de Poenit., cap. 3. — ¹² Disp. 14, a. n. 65, et n. 88. — ¹³ Disp. 20, sect. 5, n. 7, v. *Nihilominus tamen*. — ¹⁴ Valent., disp. 7, qu. 11, punct. 2. — ¹⁵ Fili., tr. 7, cap. 6, qu. 11, n. 166. — ¹⁶ Tann., tom. 4, disp. 6, qu. 7, n. 113 et seqq. — ¹⁷ Escob., tr. 7, exam. 4, cap. 5, n. 41; edit. Lugdun. s. d. (ai., n. 28). — ¹⁸ Loc. cit., m. 672. — ¹⁹ Clyp., tr. 5, disp. 10, n. 3 et 12. — ²⁰ Suppl., qu. 9, art. 1; et in 4, dist. 17, qu. 3, art. 4, solut. 1.

n. 2, scripserat: « Dolorem peccatorum qui elicitor ex timore malorum temporalium, quatenus a Deo infliguntur in poenam peccati, non elici ex motivo humano: id enim motivum est supernaturale. Et ideo attritio habita ex eo motivo sufficiens est ad valorem et effectum sacramenti Poenitentiae ».

444. — a) Toletus, lib. 3, cap. 10, n. 5, scribit: « Cum... aliquis existimat se sufficienter dispositum (quamvis non vere sit; immo, quamvis sit taliter dispositus quod non consequatur gratiam absolutione, immo peccabit accedendo), si tamen ipse putet illam attritionem sufficientem esse, confessio non est iteranda...; sed cum illi constiterit male accessisse, quia dolebat de peccato et habebat pro-

positum, sed imperfecte et insufficienter: tunc sufficiet hoc confiteri, sed non est opus peccata iterum exprimere ».

b) Bonacina, de Poenit., qu. 3, punct. 2, n. 12, revera dicit sacramentum fieri validum et informe, casu quo quis inculpabiliter accederet cum dolore naturali tantum. Citatur tamen a Dicastillo, de Poenit., disp. 6, dub. 5, n. 84, pro casu de quo S. Alphonsus disputat; et hoc ipsum Bonacina forte innuit si hunc locum n. 3, (ubi Bonacina negat satis esse ad percipiendum sacramenti fructum dolorem naturalis, aut inefficacem, aut particularis) conferas cum n. 12, ubi affirmit sufficientem esse ad sacramenti essentiam naturalem dolorem.

Ad primam autem rationem respondet quod ille virtualis dolor qui supponitur quoad perjurium oblitum (inclusus in illa detestatione specifica furti confessi) non est sufficiens materia sacramenti; cum nullo modo tunc fiat sensibilis, neque per confessionem neque aliunde. — Ad secundam rationem respondet quod concilium loquitur de eo quod per se et ordinarie contingit, non autem de eo quod per accidentem et raro evenit.

Caeterum, semper consultum est ut dolor eliciatur ex motivo generali; immo et necessarium, casu quo homo advertit posse habere in anima alia mortalia obliterata.

445. — Quaeritur 9°. *An actus doloris debeat praecedere non solum absolutio-nem, sed etiam confessionem?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Laymann¹, Palaus²; item Coninck et Bonaespei, apud Concina³. — Ratio: tum quia dolor tamquam materia hujus sacramenti debet esse sensibilis, nec alias nisi per confessionem sensibilis efficitur: ergo, si confessionem subsequitur, non est materia apta. Tum quia confessio non debet esse simplex narratio, sed accusatio dolorosa, directa ad remissionem peccati obtinendam; et ideo oportet ut sit a dolore informata.

Secunda vero sententia communior negat. Eamque tenent Suarez⁴, Bonacina⁵, Lugo⁶, Navarrus⁷, Holzmann⁸; item Dicastillus, Toletus, Fillucci, Major⁹, Henriquez, Fagundez, etc., apud Salmant¹⁰; et Concina¹¹ valde probabilem putat. *Communi-nus nega-tur.*

¹ Lib. 5, tr. 6, cap. 4, num. 4. — ² Tr. 28, punct. 7, n. 11. — ³ Coninck, disp. 4, dub. 6, n. 44. — ⁴ Bonaespi, apud Poenit., disp. 5, n. 12 et seqq. — ⁵ Lib. 1, diss. 3, cap. 1, n. 3. — ⁶ Disp. 20, sect. 4, n. 29, v. *Altero vero*; et n. 30, v. *Hinc vero*. — ⁷ De Poenit., qu. 3, punct. 2, n. 18. — ⁸ Disp. 14, n. 18. — ⁹ Man., cap. 1, n. 22. — ¹⁰ De Poenit., num. 508. — ¹¹ Dicast., disp. 6, dub. 9, num. 181 et seqq. — ¹² Tolet., lib. 3, cap. 5, n. 2. — ¹³ Fill., tr. 7, cap. 6, n. 158. —

445. — ^a Major citatur a Salmant. ex Leandro, qui eum revera adducit in 4, dist. 13, qu. 3, licet ibi non de hac materia tractet; sed in dist. 14, qu. 2, post definit, coroll. 5, Major haec scribit: «Contrito non est pars poenitentiae integralis poenitentiam compo-nens: contrito enim nihil aliud est quam poenitentia virtus, quae est accidentis in anima, poenitentia autem sacramentum est accidentis in aere. Nec est pars subjectiva secundae intentionaliter, sed est pars poenitentiae ad hunc

vetque Rituale Romanum¹¹, dicens: *Audita confessione, (confessarius)... ad dolorem... efficacibus verbis adducere conabitur, etc.* Ex hoc videtur Rituale supponere quod bene sufficit dolor post confessionem elicitus.

Sed recte ajunt Salmant.¹² quod haec secunda sententia, sensu quo eam expli-cant Suarez et Dicastillus, a prima non discrepat. Laymann enim, Coninck et Palaus nihil aliud exigunt, nisi quod confessio non sit mera peccatorum narratio, sed sit accusatio sui ipsius ad absolutio-nem obtainendam. En verba Laymann (quem sequitur Palaus): *Requiritur ut dolor... aliquo modo antecedat confessionem...; quia externa peccatorum confessio... debet procedere ab interna poenitentia, eamque significare: quandoquidem materia sacra-menti... non est mera peccatorum explicatio, sed accusatio sui ipsius tendens ad absolutionem..., ut... explicat Coninck.* Deinde ipse Laymann cum Palao, sententiam Suarii sectando, addit: *Ad hoc vero (nempe ut confessio sit sacramentalis)... necessarium est ut dolor animi, post peccatorum narrationem habitus..., aliquo signo declaretur, saltem humiliando se coram sa-cerdote, et absolutionem petendo seu exspectando; tale enim signum, relatum ad peccata paulo ante explicata..., veram rationem sacramentalis accusationis habet.* — Non igitur hae sententiae sunt duae, sed una. In tantum enim Laymann cum aliis requirunt ut confessio sit dolorosa, sive quod dolor confessionem praecedat,

¹¹ Henrig., lib. 4, cap. 28, num. 3. — ¹² Fagund., de 2^o Eccl. praecl., lib. 2, cap. 6, num. 10. — ¹³ Tr. 6, cap. 5, num. 24. — ¹⁴ Lib. 1, diss. 3, cap. 1, num. 3. — ¹⁵ Ordo admin. Sacr. Poenit., num. 17, v. *Demum*. — ¹⁶ Tr. 6, cap. 5, num. 26. — ¹⁷ Suar., diss. 20, sect. 4, num. 30. — ¹⁸ Dicast., disp. 6, dub. 9, n. 183. — ¹⁹ Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 4. — ²⁰ Coninck, disp. 4, dub. 6, n. 44. — ²¹ Palaus, tr. 28, punct. 7, n. 11.

sensus, quod poenitentiae praesupponitur ad hoc ut poenitentia sacramentum suum effectum causet, puta gratiam, non sicut causa proprie dicta, sed sicut causa sine qua non, et sic participat conditions partium; totum enim nequit esse sine partibus, sed eas praesupponit; et quia sunt *priores natura toto*, sic poenitentia sacramentum contritionem, confessionem in voto pariter et satisfactionem praerequirit in peccatore, qui satisfacere habet».

Concili-an-tur opinio-nes.

in quantum exposcut ut confessio non sit mera peccatorum narratio, sed habeat rationem accusationis sacramentalis; et ad hoc sufficit ut confessio fiat animo obtinendi absolutionem, et deinde dolor manifesteretur saltem per petitionem seu exspectationem absolutionis: sic etenim confessio bene sacramentalis evadit.

Addunt vero Salmant. quod tantum ad sedandos scrupulos solent confessarii, si de interna dispositione poenitentis dubitent, excitare illum ad dolendum de peccatis paulo ante explicatis: quod fit si dicatur: *De peccatis narratis doleo et me accuso.*

446. — Quaeritur 10°. *Per quantum tem-poris spatium actus doloris moraliter per-duret ad valide suscipiendum sacra-men-tum?*

Suarez^a, et Escobar¹ cum Soto^b, Hurtado et Candido, censem sufficere dolorem qui longo tempore confessionem praeesserit, modo non sit retractatus. Sed merito hos non approbat Pater Concina^c. — Alii autem, ut Cardenas^d, Holzmann^e; et Diana^f cum Praeposito et Granado^g, dicunt sufficere dolorem praecedentem per unum diem, modo fuerit elicitus in ordine ad confessionem: cum enim confessio

^a Salmant., tr. 6, cap. 5, n. 26. — ^b Lib. 14, n. 120 et 121. — ^c Gasp. Hurtad., de Sacram. i. g., disp. 1, diff. 11, v. *Inter ea autem. - Candidus*, disq. 24, art. 6, n. 2. — ^d Lib. 1, dissert. 3, cap. 1, n. 4. — ^e De Poenit., n. 510. — ^f Praepos., de Poenit., qu. 2, dub. 1, num. 30. — ^g Tr. 19, qu. 2, cap. 3, qu. 2, resp. 2. — ^h Lib. 6, part. 2, n. 706. — ⁱ Concina, loc. cit., num. 4, v. f. — ^j Disp. 14, num. 37. — ^k Moya, tr. 3, disp. 5, qu. 9, n. 14. — ^l Gobat, tr. 6, num. 155 et 156. — ^m Loc. cit., cap. 1, n. 2. — ⁿ Sess. 14, de Poenit., cap. 4.

446. — ^a Suarez, disp. 20, sect. 4, n. 28, v. *Secundo est*, ita sentire videtur, ex eo quod nullam temporis limitationem assignat.

^b Sotus, ab Escobar citatus, uti refert S. Alphonsus, dicit tantum, in 4, dist. 17, qu. 2, art. 3, v. f.: «Poenitentiam usus non est nisi in principio habere contritionem generaalem, quae sufficit ad gratiam; et deinde peccata investigare ad confitendum».

^c Cardenas, in propos. 1, diss. 2, n. 88, satis esse ait dolorem conceptum «uno vel duobus diebus» antea.

^d Diana, part. 5, tr. 14, resol. 67, huic utique opinioni adhaeret; sed probabilem etiam vocat priorem.

^e Jacobus de Granado, in 3 P., controv. 7, de Poenit., tr. 3, disp. 3, n. 8, ait dolorem virtualiter perseverare «quandiu, si poenitentia interrogetur cur doluerit, possit sine nova deliberatione respondere se doluisse ut confiteatur, et non retractasse dolorem, quia vult confiteri».

sit effectus illius doloris, dolor virtualiter perseverat. Consentit Roncaglia⁴, etiamsi dolor praecesserit per aliquot dies: dummodo (ut hic auctor ait) virtualiter perseveret in aliquibus mediis, puta si poenitentis ex vi concepti doloris persistet in frequenti oratione, fuga occasionum, poenitentiis, etc.

Sed Croix⁵ sentit quod si post dolorem elicitor poenitens ad diversa se converterit, vel per moram notabilem animo ad alia se distraxerit, in praxi breviter dolor sit renovandus. — Hoc tamen videatur potius ut consilium sequendum quam ut praecepsum; cum communiter doceant DD. cum Patre Concina, bene esse aliquam analogiam inter forum civile et sacramentale. Unde bene potest intercedere aliquod spatium inter discussionem causae et sententiam; sed non tanta quanta in foro ci-vili^f.

447. — Quaeritur 11°. *An, ut dolor sit materia apta, debeat esse elicitus cum in-tentione confessionis?*

Negant Lugo⁶; item Sporer^a, Moya, Gobat, etc., apud Concina^b; ac probabile putat Tamburinius^c). — Ratio: tum quia ex Tridentino^d illa attrito dicitur disponere ad impetrandum gratiam in sacra-

Juxta a- lios, dolor non neces-sario eli-cientis in ordine ad confessio-nem.

mento, quae voluntatem peccandi excludit, cum spe veniae: quae omnia verificantur in casu nostro. Tum quia tunc dolor, licet non fuerit ordinatus ad confessionem relatione antecedenti, ordinatur tamen relatione consequenti, eo quod tunc adhuc verificatur dolor patefieri per confessionem.

Affirmant vero Busenbaum (supra, n. 433, ad 12.), Bonacina¹, Concina². (Cittatur etiam pro hac sententia Pater Suarez³; sed Lugo⁴ ostendit quod Suarez est potius pro sua sententia). — Ratio, quia, sicut minister, aut etiam suscipiens alia sacramenta, debet per intentionem ordinare materiam ad sacramentum (prout ablutionem ad Baptismum, vel tactum materiae ad Ordinationem); ita etiam suscipiens sacramentum Poenitentiae debet ad illud ordinare dolorem, qui est hujus sacramenti materia.

Prima sententia est probabilior; sed cum secunda etiam sit probabilis, ante susceptionem sacramenti⁵ tutius docet Cardenas⁶ hanc esse sequendam.

448. — Quaeritur 12°. *An, si quis statim post absolutionem confitetur peccatum oblitum, teneatur novum elicere dolorem?*

Prima sententia communior negat. Et hanc tenet Lugo⁶, Anacletus⁷; Viva⁸ cum Perez, Henriquez et communi; Roncaglia⁹ (qui vocat moraliter certam), Sporer¹⁰; Elbel¹¹ putat probabilissimam^a, cum Gobat, Dicastillo, Henriquez, Bosco

¹ Qu. 3, punct. 2, n. 17. — ² Lib. 1, diss. 3, cap. 1, n. 2. — ³ Disp. 20, sect. 4, n. 28. — ⁴ Disp. 14, n. 37. — ⁵ In propos. 1, diss. 2, num. 87. — ⁶ Disp. 14, num. 27. — ⁷ Tr. 14, dist. 6, num. 62. — ⁸ De Poenit., qu. 3, art. 3, num. 8. — ⁹ Mart. Perez, de Poenit., disp. 19, sect. 4, n. 3 et seqq. — ¹⁰ Henrig., lib. 4, cap. 26, num. 7. — ¹¹ Tract. 19, qu. 2, cap. 3, qu. 3. — ¹² Part. 3, cap. 2, num. 298. —

c) Cardenas absolute vocat tutiorem, et non solum ante susceptionem sacramenti.

448. — a) Scilicet Elbel citat autores ut qui hanc teneant sententiam, quam ipse probabilissimam appellat.

b) Croix, lib. 6, part. 2, n. 707, autores istos allegat pro casu huic forte simili, quo nempe quis iterat peccata jam confessa confitetur. — Et ita sane tenet Petr. de Ledesma, Sum., de Poenit., cap. 4, concl. 8, dub. 2. Escobar tamen, lib. 14, n. 117 et 118; et Moya, tr. 3, disp. 5, qu. 8, n. 4 et 7, de eodem etiam casu loquuntur de quo S. Alphonsus, et concordant. — Quod autem Moya apud omnes indu-

etc.; item apud Croix^b, Ledesma^b, Salas^b, Escobar^b et Moya^b, qui dicit esse indubitatam apud omnes, sed immerito, ut videbimus. — Ratio, quia prior dolor se extendit etiam ad peccata oblita, quae dum poenitens immediate confitetur, fit unum moraliter. Recte enim potest una materia proxima partialis plura constitutere sacramenta; unde, sicut cum una aqua plures possunt fieri Baptismi, ita cum uno dolore qui adhuc perseveret (ut hic supponitur) plura possunt constitui sacramenta Poenitentiae.

Secunda vero sententia affirmit; et hanc tenent^c Bonacina¹², Vasquez¹³, Filiiuccius¹⁴. — Ratio, quia per primam absolutionem jam completum est judicium; ergo si impertienda est nova absolutio, nova requiritur materia proxima. Et quamvis dolor in se moraliter perseveret, non tamen perseverat in ordine ad secundam absolutionem; ut enim supra diximus (in praecedenti Ques. 11.), probabiliter ad valorem sacramenti requiritur ut dolor non solum sit elicitus, sed etiam elicitus in ordine ad absolutionem. — Cum ergo haec secunda sententia sit probabilis, imo probabilior, in praxi omnino sequendam esse dicunt Croix¹⁵ et Concina¹⁶: saltem tutius censeo tenendam^d.

449. — Quaeritur 13°. *Quomodo eliciendus sit dolor in confessione venialium?*

Certum est quod, etsi extra sacramentum sufficit aliquis motus gratiae vel ca-

¹¹ Sacram., part. 2, confer. 8, de Contrit., num. 75. — ¹² Gobat, tr. 6, n. 165. — ¹³ Dicast., disp. 6, dub. 12, n. 160. — ¹⁴ Henrig., loc. cit. — ¹⁵ Bosco, de Sacr. Poenit., disp. 7, sect. 4, num. 138. — ¹⁶ Qu. 4, punct. 4, num. 1. — ¹⁷ In 3 P., qu. 92, artic. 8, dub. 5, num. 10. — ¹⁸ Tract. 6, cap. 3, num. 77. — ¹⁹ Lib. 6, part. 2, num. 712. — ²⁰ Diss. 3, cap. 1, num. 5.

bitatum esse asserit qu. 8, n. 4, hoc est, nempe: moribundum, qui propter instantem mortem non potest omnia sua peccata lethalia confiteri, posse quilibet auditio absolviri, et deinde confessionem proseguiri, novas recipiendo absolutiones novis expressis peccatis: nec ullum esse, inquit, qui novum doloris actum ad singulas absolutiones requirat. — Salas denique a Croix citatur ex Moya, a Moya autem ex Lugo, disp. 14, n. 34; sed allegantur manuscripta de Poenit., qu. 84, art. 10, quae reperire nequivi.

c) De casu nimur quo quis peccata jam confessa iterum confiteatur.

d) Addit. S. Alphonsus in Hom. apost.,

ritatis ad ejus remissionem, (ut docet D. Thomas¹): tamen in sacramento omnino requiritur dolor formalis, nec sufficit virtualis; ut communiter docent DD. cum Roncaglia², Concina³ et Croix⁴ (contra paucos), ex D. Augustino⁵, ubi scripsit: *Nec quemquam putas... a quocumque, seu magno, seu parvo peccato ad correctionem sine poenitentia posse transire.*

Sed dubitatur 1°. *An sit mortale confiteri venialia sine ullo dolore?*

Negant Natalis Alexander⁶, Juenin^a et Genettus⁷. Et dicunt non esse nisi veniale suscipere sacramentum sine certo dolore, quando materia tantum levis affertur in confessione, et abest animus profanandi sacramentum; quia (ut supponunt) frustrare sacramentum in materia levi, non est nisi levis irreverentia. — Sed per quantum huic opinioni acquiescere conatus sim, non potui; cum haec sententia opposita sit communi theologorum, ut videtur est apud Croix⁸, Antoine⁹ et Lugo¹⁰, qui primam sententiam vocat omnino falsam. Et ratio nimis urget: nam tota malitia culpe in hoc casu consistit in injurya quae irrogatur sacramento, illud suo effectu frustrando. Sive ergo sacramentum frustretur ex materia gravi sive ex levi, nihil refert; quia semper eadem irreverentia sacramento infertur.

Dubitatur 2°. *An in confessione venialium sufficiat dolere de uno peccato sine alio?*

¹ 3 P., qu. 87, art. 2. — ² Tr. 19, qu. 2, cap. 2, qu. 2. — ³ Disp. 14, n. 118. — ⁴ Cap. 1, art. 1, qu. 7. — ⁵ Disp. 14, n. 118. — ⁶ Henrig., lib. 4, cap. 26, num. 7. — ⁷ Fagund., de 2° praecl. Eccl., lib. 2, cap. 1, n. 13. — ⁸ Lib. 14, n. 166. — ⁹ De Poenit., cap. 5, art. 7, reg. 20. — ¹⁰ De Sacr. Poenit., cap. 6, qu. 8, v. *Sed objicit.* — ¹¹ Lib. 6, part. 2, n. 681 et 682. — ¹² Cap. 1, art. 1, qu. 7. — ¹³ Disp. 14, n. 108 et seqq. — ¹⁴ Lib. 6, part. 2, n. 910. — ¹⁵ 3 P., qu. 87, art. 1, ad 1.

tr. 16, n. 22: «Intelligitur tamen hoc ante sacramenti susceptionem, quia postquam illud susceptum est, probabiles jam sunt omnes sententiae oppositae trium [hic n. 445, 446, 447] quae sitorum antecedentium; unde post factum recte eas amplecti possumus».

449. — a) Juenin contra, de Sacram., diss. 6, qu. 4, cap. 2, art. 6, § 2, sententiam tenet que ipsi S. Alphonse probatur: «Probabilis est, inquit, eorum scholasticorum opinio, qui contendunt justum, qui sola venialia confitetur, pecare graviter si de nullo conteratur».

b) Diana, part. 11, tr. 7, resol. 38, hanc

Negant aliqui apud Suarez¹¹. — Sed opus est tenendum cum communi sententia, quam docent Suarez¹², Concina¹³, Antoine¹⁴; Lugo¹⁵ cum Henriquez et Fagundez; et Escobar¹⁶ cum Hurtado et Diana^b. Hinc sufficit de uno tantum veniali poenitere et proponere; cum venialia non sint materia necessaria, sed tantum sufficiens.

Dicunt autem Lugo¹⁷, Tamburinius¹⁸, et Pallavicini^c ac Sporer, apud Croix¹⁹, sufficere etiam si quis doleat de multitudine venialium.

Sufficit dolor de uno veniali sine alio.

Dolor de sola multitudine venialium.

Juxta a-
lios, requi-
rit.

S. Doctor
dicit esse
lethalie.

Secunda
opinio,
probabilior et
sequenda.

Quomodo
elicien-
dus dolor
venialium

suam sententiam ita explicat, ut neget esse mortale, si venialia, de quibus non dolet, non explicet ut ab eis absolvatur; mortale vero esse ait, si ea explicet, ut ab eis, sicut ab aliis absolvatur.

c) Pallavicini Sfortia, Assert. theol., lib. 7, cap. 29, n. 289, loquitur de proposito vitandi omnia venialia.

a) Haec desumuntur ex Croix, loc. cit., n. 910; et revera Arriaga, disp. 38, n. 20 et 21; Dicastillus, disp. 6, dub. 16, a n. 301, contradicunt sicut refert S. Alphonsus, non tamen rem eodem modo exponunt.

Dolor de
doliberatis
et semidelibera-
tis.

Recte etiam addit Croix¹ cum Suarez et Tanner (contra Bosco², etc.), quod bene quisque potest dolere de venialibus deliberatis, et proponere omnia illa vitare; de semideliberatis autem sufficit dolere quod ea commiserit, et in posterum velit attendere ad ipsa vitanda quantum humanae fragilitati permittitur.

Et haec sunt juxta doctrinam D. Thomae³, qui sic ait: *Poenitentia de peccatis mortalibus requirit quod homo proponat abstinere ab omnibus et singulis... Sed ad poenitentiam peccatorum venialium requiritur quod homo proponat abstinere a singulis, non tamen ab omnibus, quia hoc infirmitas hujus vitae non patitur. Debet tamen habere propositum se praeparandi ad venialia minuenda.*

§ II. - De quaestionibus pertinentibus ad Propositum.

450. - Quaeritur 1^o. *An in sacramento Poenitentiae sufficiat propositum virtuale sive implicitum, inclusum in dolore?*

¹ Lib. 6, part. 2, n. 918. - *Suar.*, disp. 4, sect. 8, n. 5. - *Tann.*, tom. 4, disp. 6, qu. 6, n. 20. - ² 3 P., qu. 87, art. 1, ad 1. - ³ De Poenit., lib. 2, cap. 6 et 7. - ⁴ Lib. 1, diss. 3, cap. 1, n. 15. - *Toletus*, lib. 3, cap. 4, num. 2, v. *Quinta pars.* - ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 894. - ⁶ Sess. 14, de Poenit., cap. 4. - ⁷ Disp. 14, num. 52. - ⁸ Diss. 2, num. 80. - ⁹ Lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 6. - ¹⁰ Tr. 14, dist. 6, n. 49. -

^e) Hic apud Croix sermo est de proposito omnia venialia deliberata vitandi, quod haberri posse affirmat; contra quemdam, qui, apud Bosco, *de Sacr. Poenit.*, disp. 7, sect. 4, n. 202, negat posse venialia omnia perfecte deliberata vitari. Et huic sententiae adhaeret Bosco n. 230, quamvis addat posse, non obstante hac impossibilitate, haberri efficax propositum vitandi omnia hujusmodi venialia.

450. - ^a) Revera Suarez, *disp. 20*, sect. 4, n. 32, v. *Dicendum*, et n. 33; Bonacina, qu. 5, sect. 1, punct. 3, n. 9 (cfr. tamen punct. 8, n. 2); Reginaldus *lib. 5*, n. 8, cum n. 57 et 58; Henriquez, *lib. 4*, cap. 24, n. 2, tenet tertiam sententiam, licet duo ultimi a Croix pro prima sententia allegentur.

^b) Scotus utique a Concina hic citatur; sed in 4, *dist. 14*, qu. 4, n. 9, v. *Ad secundum*, dicit requiri propositum vel simpliciter, vel secundum quid, scilicet ut habeat aliqualem displicantiam de peccatis et propositum cavendi de cetero». At, *dist. 17*, qu. *unic.*, n. 22, dicit peccatorem confiteri debere, «cum displicantia peccati commissi et cum proposito abstinendi a peccato».

^c) Cajetanus pariter non recte citatur a

Prima sententia negat. Et hanc tenent Suarez⁴, Bellarminus⁵, Bonacina⁶; Concina⁷ cum Scoto⁸, Cajetano⁹, Cano¹⁰, etc.; item Valentia¹¹, Toletus, Reginaldus¹², Henriquez¹³, etc., apud Croix¹⁴, qui ait oppositam non esse certam. - Ratio, quia, licet dolor includat necessario propositum; tamen Tridentinum¹⁵ requirit propositum formale, dicens: *Cum proposito non peccandi de caetero.*

Secunda sententia affirmat, dummodo dolor eliciatur ex motivo universalis. Et hanc tenent¹⁶ Lugo¹⁷, Cardenas¹⁸ (qui vocat moraliter certam), Laymann¹⁹, Anacletus²⁰, Viva²¹; Elbel²² cum Mastrio, Sporer, Gobat, etc.; ac Salmant.²³ cum Navarro, Filiuccio, Villalobos, etc. - Ratio, quia concilium²⁴ subdit quod attrito, si voluntatem peccandi excludit cum spe veniae, disponit hominem ad impretrandam gratiam in sacramento; ergo quoties has requisitas conditiones habuerit attrito, jam sufficienter disponit ad sacramenti valorem.

¹¹ De Poenit., qu. 3, art. 4, n. 1, v. *Quando.* - ¹² Confer. 4, de *Proposito*, num. 87. - *Mastrius*, disp. 21, qu. 2, art. 1, num. 31 et 32. - *Spor.*, part. 3, cap. 2, num. 318 et 319. - *Gobat*, tr. 6, num. 203 et 205. - ¹³ Tr. 6, cap. 5, n. 54. - *Navar.*, *Man.*, cap. 1, num. 6. - *Fill.*, tr. 7, cap. 6, n. 160 et 161. - *Villal.*, part. 1, tr. 9, diff. 19, n. 7 et 8. - ¹⁴ Loc. cit., cap. 4.

Concina; nam in *Opusc. tom. 1*, tr. 4, qu. 1, v. *Quoad secundum*, requirit sane propositum formale ad contritionem, non vero ad attritionem. - Canus vero, *Select. de Poenit.*, part. 1, v. *Sed illud tamen...* concl. 1, loquitur de requisitis ad poenitentiam ut est virtus.

^d) Valentia, *disp. 7*, qu. 8, punct. 6, v. *Postrimo*, non satis recte adducitur a Croix; quamvis enim scribat: « Eodem praecepto quo tenetur aliquis veram poenitentiam agere, obligari etiam ut habeat propositum explicitum non peccandi de caetero »; inferius tamen subdit: « Non requiri expressum istud propositum necessitate *etiam mediis* ad justificationem; sed quandoque posse peccatorem cum implicito tantum ejusmodi » proposito, quod ipsa videlicet detestatione peccati præteriti contineatur, justificari, nempe extra tempus præcepti, vel etiam præcepti tempore, si tum aliquis subitaneo casu præpedatur, quominus de futuro cogitare possit ».

^e) Ex auctoribus pro hac secunda sententia citatis, non pauci tenent revera, vel saltem perspicue innuunt tertiam opinionem; et hi sunt Anacletus, Elbel, Mastrius, Sporer,

Juxta a-
lios, non
sufficit pro-
positum
virtuale.

Juxta a-
lios, sumicit,
si dolor sit
ex motivo
universalis.

Secus, si
non cogite-
tur de fu-
turo.

Duae ultimae senten-
tiae proba-
biliores.

Tertia vero sententia, quam tenet Holzmann¹ (asserens hanc esse communem cum Suarez, Bellarmino² et Bonacina), dicit quod si poenitens cogitet de vita futura, debet formaliter proponere emendationem; quia (juxta Tridentinum) quisque per poenitentiam debet novam inchoare vitam: unde non videtur satis poenitere, qui, cogitans de vita futura, expresse non proponit emendari. Neque huic obstat dicere cum Viva quod concilium tres tantum partes sacramenti assignat, scilicet contritionem, confessionem et satisfactionem; unde, si requireretur etiam propositum formale, partes non tres, sed quatuor essent. Nam bene respondet Pater Concina quod contritio duabus constat, nempe dolore et proposito explicito.

— Secus vero, si poenitens nihil cogitet de futuro, puta si quis sit in extremo vitae constitutus; revera enim in quocumque dolore propositum necessario continetur, patetque quod taciti et expressi eadem est efficacia.

Hae duae ultimae sententiae sunt quidem probabiliores. — Sed quia prima non

¹ De Poenit., n. 501. - *Suar.*, disp. 20, sect. 4, n. 82, v. *Dicendum*; et n. 33; cfr., disp. 4, sect. 3, n. 3. - *Bonac.*, qu. 5, sect. 1, punct. 3, num. 9, v. f. - *Trid.*, sess. 14, de

Gobat, Salmant., Navarrus, Filiuccius, Vilalobos.

²) Bellarminus, *loc. cit.*, primam sententiam tenet; et revera Holzmann eum citat solum pro parte qua tenet propositum formale et explicitum requiri ad peccati remissionem per se loquendo. Alteram vero partem doctrinae Holzmann, de eis qui subita morte praeveniuntur nec cogitant de futuro, Bellarminus, *cap. 7*, ad 6 *obj.*, dicit: « Non facile concedo posse contingere ».

³) Croix, *lib. 6*, part. 2, n. 680; Viva, *in propos. 65* *Innoc. XI*, n. 10; Elbel, *confer. 3*, *de Contrit.*, n. 84; Gobat, *tr. 6*, n. 179, haec dicunt de confessione valida quidem; sed informi, propterea quod facta est cum dolore particulari tantum.

⁴) Bonacina, *loc. cit.*, n. 2; Suarez, *disp. 20*, sect. 4, n. 33, v. *Ultimo vero*; Vasquez, qu. 86, art. 2, dub. 4, n. 3; Reginaldus, *lib. 5*, n. 58; Henriquez, *lib. 4*, cap. 24, num. 2, id plane innuunt, dicentes sacramentum susceptum absque formaliter proposito ex eo quod ad illud non adverterit poenitens, validum existimari.

⁵) Bellarminus, *loc. cit.*, *lib. 2*, cap. 6, i. f., id non habet, quidquid dixerit Bonacina.

⁶) In hanc S. Alphonsi doctrinam (quae pri-

caret sua probabilitate, in praxi ante factum tutius sequenda est; ut recte dicunt Bonacina², Croix³.

Prima
probabi-
lis; imo, se-
quenda an-
te factum.

Dico: *Ante factum*. Nam dicunt Croix², Viva³, Elbel⁴, Gobat⁵; et Bonacina⁶ cum Bellarmino⁷, Suarez⁸, Vasquez⁹, Reginaldo¹⁰, Henriquez¹¹, quod si bona fide cum vero dolore confessus fueris sine proposito formaliter, non teneris confessionem repetere. Quia, esto communius non licet sacramentum suscipere cum opinione quae non sit moraliter certa, ne sacramentum exponatur periculo frustrationis; tamen non teneris repetere confessionem, si probabiliter valide es jam confessus, cum praefatum periculum tunc non amplius adsit. — Nihilominus, nec etiam valeo huic sententiae acquiescere. Ratio, quia, cum prima opinio sit sufficienter probabilis, poenitens qui gravem culpm et certam perpetravit, tenetur de ea confessionem explere non tantum probabiliter, sed etiam certe validam¹².

451. - Quaeritur 2^o. *Quaenam sint conditiones necessario requisitae ad propositum?* — Hic ante omnia adverten-

Poenit., cap. 4. - *Viva*, *de Poenit.*, qu. 3, art. 4, n. 1. - *Concina*, lib. 1, diss. 3, cap. 1, n. 17. - ³ Qu. 5, sect. 1, punct. 8, num. 2. - ² Lib. 6, part. 2, n. 895.

Quid, post
factum.

Difficultas
propositi in
consuetudi-
nariis.

dum, rem valde difficilem esse quod peccatores, frequenter ex consuetudine in mortalia labentes, cum vero proposito ad confessionem accedant; quapropter in hoc confessarius sedulo incumbere debet, maxime si poenitens alicui vitio magnum habuerit adhaesione.

Tres autem sunt conditiones veri propositi, nempe, ut sit *firmum, universale et efficax*.

1º. Propositum *firmum* importat ut poenitens habeat voluntatem omnino deliberatam non recidendi; et sit animo ita dispositus, ut nullius mali timore et nullius boni cupidine, peccatum in posterum admittere velit.

Sed hic Dubium fit: *An prudenter credi possit quod firmum habeat propositum poenitens, qui asserit nolle amplius relabi, sed certo credit se relapsurum?*

Prima sententia affirmit. Et hanc tenent Navarrus¹, (qui asserit communem); Laymann², Sporer³, Palaus⁴; item Suarez⁵, Silvester⁶, Coninck⁷, Henriquez⁸, Beja⁹, Dicastillus, apud Salmant.¹⁰ — Ratio, quia propositum voluntatis non relabendi bene consistere potest cum iudicio intellectus de lapsu futuro ex cognita fragilitate.

Sed pace tantorum doctorum, omnino sequendam puto oppositam sententiam, quam tenent Busenbaum¹¹, supra, n. 433, ad 10; Concina¹² et Croix¹³. — Non nego quod, speculative loquendo, bene posset consistere firmum propositum voluntatis cum cognitione relapsus. Sed cum quis

¹ Man., cap. 9, n. 18. — ² Lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 8. — ³ Part. 3, cap. 2, num. 310. — ⁴ Tr. 23, punct. 2, num. 15. — ⁵ Dicast., disp. 6, dub. 14, num. 246. — ⁶ Tract. 6, cap. 5, num. 53. — ⁷ Lib. 1, diss. 3, cap. 2, § 4, num. 3. — ⁸ Lib. 6, part. 2, n. 1822, v. *Objic.* — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Man.,

certo credit se relapsurum, practice certam suspicionem praebet propositum suae voluntatis non esse satis firmum; impossibile est enim ut quis firmiter proponat se emendare, sciens quod Deus suam gratiam coadjuvantem non denegat facienti quantum in se est, et his non obstantibus credit certo se ad sua peccata rediturum. — Unde recte ait Croix¹³ quod talis poenitens priusquam absolvatur, disponi debet ut speret, non per vires suas, sed per Dei auxilium a peccatis liberatum iri.

Secus vero dicendum, si poenitens ex sua praeterita fragilitate timeret relapsum. Communiter enim dicunt DD. cum Navarro⁹, Croix¹⁰ et aliis, quod ad serum propositum non requiritur ut credatur nullus relapsus secuturus; sed satis est nunc adesse seriam voluntatem non relabendi: nam bene potest consistere voluntas resipiscendi cum timore lapsus ex mutatione voluntatis. — Hinc recte inquit Gersonius¹¹ quod poenitens confessario interroganti: *Credis tu quod... nunquam cades in tale peccatum? Respondeat: ego fragilis formido lapsum, non tamen volo nunc... casum; de futuro, misericordiae Dei me commendo, deprecans ut me custodiat a peccato; quod si cedererit fragilitas mea, deprecor, adjiciat ut resurgat.*

2º. Requiritur ut propositum sit *universale* circa peccata mortalia.

Quidquid enim dicant Aversa, Dicastillus, Hurtadus¹² et Platel¹³, apud Croix¹²,

Secus,
si peccator
timeat tan-
tum rela-
psum.

Proposi-
tum debet
esse uni-
versale qua-
dum mortalia.

asserentes quod, sicut sufficit dolor particularis, ita etiam particulare propositum, modo excludat positivam peccandi voluntatem; — oppositum tamen omnino est tenendum cum sententia communi, quam docent Laymann¹, Palaus², Lugo³, Concina⁴, Mazzotta⁵; et Croix⁶ cum Navarro, Coninck, Tamburinio, Escobar et aliis passim, ex D. Thoma⁷, ubi ait: *Poenitentia de peccatis mortalibus requirit quod homo proponat abstinere ad omnibus et singulis.* Ratio, quia, licet dolor particularis, puta, si concipiatur ex turpitudine speciali (ut diximus n. 444) aliquis criminis, satis sit ad valorem confessionis, cum dolor respiciat tantum peccata commissa quae poenitens detestari debet; non tamen sufficit propositum particolare, cum quisque teneatur absolutum et positivam habere voluntatem omnia mortalia vitandi. Unde Tridentinum⁸, loquens de contritione in genere, dicit: *Animi dolor ac detestatio est de peccato commisso;* non dicit de omnibus peccatis. Loquens vero de proposito, dicit: *cum proposito non peccandi de caetero;* particula autem non utique importat propositum universale vitandi omnia mortalia.

Secus vero est de proposito circa veniam; in his enim sufficit (ut docet idem D. Thomas⁹) quod poenitens proponat abstinere ab aliquo, absque eo quod proponat abstinere ab omnibus.

3º. Requiritur ut propositum sit *efficax*, id est aptum efficere quod proponitur. Et ideo oportet quod poenitens non solum proponat peccatum vitare, sed etiam media adhibere ad peccatum vitandum, et signanter occasiones proximas peccandi; ut communiter docent doctores. Vide Sporer¹⁰. — Non semper autem verum

¹ Lib. 5, tr. 6, cap. 4, num. 20. — ² Tr. 23, punct. 2, n. 16. — ³ Disp. 14, n. 52. — ⁴ Lib. 1, diss. 3, cap. 2, § 4. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 898. — ⁶ Navar., Man., cap. 1, n. 9. — ⁷ Coninck, disp. 2, dub. 14, num. 130. — ⁸ Tambur., Method. Confess., lib. 1, cap. 8, n. 15. — ⁹ Escob., lib. 14, n. 172. — ¹⁰ P., qu. 87,

est, tunc solum propositum esse efficax, quando efficitur id quod proponitur; alias, quoties poenitens recideret, toties teneatur repetere confessiones. Relapsus enim non semper est signum propositi infirmi, sed saepius tantum signum est mutatae voluntatis; nam bene potest accidere quod quis verum habeat amorem Dei praedominantem et firmum propositum nunquam peccandi, et nihilominus statim peccet: prout D. Petrus vere proposuit potius mori quam Christum negare, et tamen ad primam ancillae vocem negavit. Id sane probatur ex D. Gregorio¹¹, qui dixit: *In quorundam... corda venit (Deus), et mansio-
nem non facit...; ad perpetrandam peccata
redeunt, ac si haec minime planxissent.* Confirmatur ex Rituall Romano, ubi dicitur: *In peccata facile recidentibus, utilissimum fuerit consulere ut saepe, puta
semel in mense vel certis diebus solemnibus, confiteantur et, si expediatur, com-
municent.*

Principalis autem efficacia propositi (ut supra innuimus) consistit in avellendis occasionibus proximis peccandi, aut in mediis debitibus adhibendis, ut ipsae, si sint necessariae, ex proximis fiant remotae. — Unde hic diligenter de his agere oportet.

452. — Quaeritur 3º. *Quomodo se gerere debeat confessarius cum iis qui sunt in occasione peccandi?*

Et hic dubitatur 1º. *Quotuplex sit occa-
sio, et quotuplex periculum peccandi?*

Occasio distinguitur 1º. in proximam et remotam.

Occasio remota est illa, in qua homines constituti regulariter ut plurimum non peccant.

Occasionem vero proximam alii, ut Navarrus¹², Bonacina¹³, Laymann¹⁴, Con-

Principia-
lis efficacia
propositi.

Occasio
remota,
quid.

omnia mortalia, absolute conandum est ad id, et persuadendum est poenitentibus, praesertim in confessione quae creditur futura esse ultima». — Idemque insinuat Platel, n. 146 cum n. 149.

452. — a) Laymann, lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 9, scribit occasiones seu pericula proxima ea esse, « quae, spectatis omnibus circumstantiis, difficuler et vix aliquis evitaturus putatur ».

451. — a) Suarez, disp. 4, sect. 3, num. 5; Silvester, v. Confess. I, qu. 21, num. 25; Coninck, disp. 2, dub. 6, n. 59; Henriquez, lib. 4, cap. 24, num. 3, i. f.; Beja, part. 3, cas. 9, v. Accedit, non tenent hanc sententiam; imo, adhaerent illi quae S. Alfonso arridet; negant enim requiri ut poenitens credit se perseveraturum, ut Suarez, Silvester, Henriquez et Beja; vel dicunt, ut Coninck, posse probabiliter timere futurum ut adhuc aliquando peccet mortaliter; et hunc timorem consistere posse cum firmo proposito non relabendi.

b) Busenbaum, loc. cit., negat denegandam esse absolutionem; si « quis putet vel timeat se unum vel plura peccata non viteturum ». Quibus sic dictis addit in fine: « Interim qui certus est impossibile sibi esse in tali occasione peccata vitare, debet eam desedere, nisi velit perire ». c) Gaspar Hurtadus, disp. 6, diff. 7, v. f.; et Platel, de Sacr. Poenit., n. 145 et 146, concordant quidem; sed Hurtadus addit (quod non notavit Croix): « Nihilominus, quia res haec est magni momenti, et securius est propositum non peccandi mortaliter... extendi ad

Occasio
proxima
per se.

Proxima
per acci-
dens.

cina¹ et Sporer² definiunt esse illam, in qua creditur poenitens nunquam vel raro a peccato abstinere. — Sed definitio haec non placet. Melius dicendum cum Sanchez³, Holzmann⁴, Lugo⁵, Suarez⁶, Contin. Tournely⁷, Wigandt⁸, Croix⁹, Viva¹⁰, Patre Segneri¹¹ et Roncaglia¹², quod occasio proxima *per se* est illa, in qua homines communiter ut plurimum peccant. Proxima autem *per accidens*, sive respectiva, est illa quae, licet per se respectu aliorum non sit proxima (eo quod non sit apta de sua natura communiter inducere homines ad peccatum), tamen respectu alicujus est proxima: vel quia hic in illa occasione, etsi non fere semper nec frequentius, frequenter tamen cecidit; vel quia, spectata ejus praeterita fragilitate, prudenter timetur ipsius lapsus. — Unde perperam dicunt Navarrus¹³, Lugo¹⁴ et Viva¹⁵ cum aliis, non esse in occasione proxima adolescentes, qui, laborando cum feminis, peccant consensu, verbis aut tactibus; eo quod (ut dicunt) non fere semper in talibus occasionibus peccant. Nam, ut diximus, ad occasionem proximam constitutam sufficit ut homo frequenter in ea labatur.

Notandum vero quod aliquando occa-

¹ Lib. 1, diss. 3, cap. 2, § 4, num. 13. — ² Part. 3, cap. 2, n. 323. — ³ Decal., lib. 1, cap. 8, num. 1. — ⁴ De Poenit., num. 500. — ⁵ Disp. 14, num. 149. — ⁶ Disp. 32, sect. 2, n. 4. — ⁷ De Peccat., part. 1, cap. 2, append. —

sio¹³) quae respectu aliquorum communiter est proxima, respectu hominis valde pii et cauti poterit esse remota; ut bene advertunt Holzmann¹¹ et Croix¹².

Distinguitur 2^o. Occasio in voluntariam et necessariam. — *Voluntaria* est quae facile dimitti potest; *necessaria*, quae physice vel moraliter non potest avelli.

Periculum autem proximum, aliud est formale, aliud materiale. — *Formale* est illud quod est proxime conjunctum cum peccato; ita ut homo in eo constitutus probabiliter peccabit sive in peccatum consentiet: et hoc periculum semper vitandum est. Intelligentem tamen hoc (ut bene advertit Croix¹⁸), si periculum sit consensus, non autem simplicis tentationis aut motuum. — *Materiale* vero est illud quod cum peccato non est proxime conjunctum; sed tantum remote, ratione necessitatis, et mediorum quae homo adhibet ad peccatum vitandum: unde tunc accidet quod occasio de se sit proxima, et periculum remotum. Prout evenire potest in chirурgo, qui in medendis partibus secretioribus puellae, utique esset in occasione proxima peccandi: sed ratione necessitatis et officii, si debitas adhibeat cautiones piarum cogitationum, pre-

⁸ Lib. 5, num. 252. — ⁹ Il Confessore istruito, cap. 5, v. *Voi già sapete.* — ¹⁰ Man., cap. 3, num. 17. — ¹¹ De Poenit., num. 500. — ¹² Lib. 5, num. 253. — ¹³ Loc. cit., num. 264.

^{b)} Wigandt, tr. 5, num. 50, occasionem proximam eam esse ait, « quae semper vel frequenter homines similis conditionis ad tale peccatum inducit. Vel, qua posita, homo moraliter quasi infallibiliter, statim aut quasi statim, labitur ».

^{c)} Viva, de Poenit., qu. 3, art. 4, n. 5, non satis sibi constare videtur; primo enim dicit proximam occasionem esse illam, « quae ex se multum incitat ad peccatum et frequenter ad peccatum inducit; inferius vero remotas definit illas, « in quibus homines non solent semper aut fere semper peccare ». Denique addit: « Non negaverim tamen aliquam occasionem de se remotam posse esse alicui proximam, eo quod ex pravo habitu et virtutis imbecillitate fere semper in ea labatur ».

^{d)} Roncaglia, tr. 19, qu. 5, cap. 4, qu. 1, resp. I, reprobat confessarios illos « qui putant tunc solum dari occasionem proximam respectu alicujus, quando in ea saepe vel ut plurimum peccat ». Ipse vero sic docet: « Semper ergo datur occasio proxima, cum talis est res

externa, ut, attenta nostra fragilitate, secum importet grave peccandi periculum. Hoc tamen non semper grave eodem modo est respectu cuiuscumque... Solum ergo ad judicandum ex frequentia actuum de occasione proxima recurrere debet confessarius, quando non satis appareat an res extrinseca, vel ex natura, vel attenta fragilitate illius qui in ea se ponit, importet grave periculum peccandi; nam tunc dignosci potest ex frequentia peccatorum quae in ea committuntur. Si raro tunc peccet, occasio dici potest remota; proxima vero, si saepe ».

^{e)} Lugo, disp. 14, n. 150, refert utique hanc sententiam, ex aliis tamen auctoribus, quos nec probat nec reprobatur. — Viva, de Poenit., qu. 3, art. 4, num. 5, v. *Unde*, videtur Navarrum approbare, licet non bene eum referat, cum Navarrus loquatur de illis qui saepius peccant et fere semper, dum Viva supponit eos « aliquando in tali occasione mortaliter » peccare.

^{f)} Croix haec dicit de periculo peccandi.

Lopez, Instruct. conc., part. 1, cap. 78. — ⁵ Lib. 5, n. 269. — ⁶ De Peccat., part. 1, cap. 2, Append., reg. 1, v. f. — ⁷ Tr. 6, cap. 5, num. 62. — ⁸ Navar., Man., cap. 16, num. 20. Jacob. de Graffis, Decis. aur., part. 1, lib. 1, cap. 28, n. 10. — ⁹ Candid., Disquisit. 24, art. 27, dub. 6. — ¹⁰ Ludov. qu. 8. — ¹¹ Concilio fer. VI post dom. IV quadrag. n. 12.

¹³ Scilicet qui, quamvis in occasione revera non sint, existimantur tamen ab aliis in

eadem versari; et his deneganda est absolutionis regulariter, ob scandalum.

Sponsi se invicem in-
visentes.

cum, protestationis de non consentiendo, bene poterit a culpa excusari; quia tunc divina adjuvante gratia, periculum fit remotum et materiale. — Vide Croix¹.

Ex praemissis infertur esse in occasione proxima: 1^o. Qui domi retinet mulierem cum qua saepe peccavit. Et hic notandum quod si quis non habet ad suam dispositionem mulierem cum qua peccat, sed cum ea peccat semper ac accedit in illius domum; tunc illuc accedere erit occasio proxima, etiamsi semel in anno accederet et peccaret. — 2^o. Qui in ludo frequenter labitur in blasphemias vel fraudes. — 3^o. Qui in aliqua domo, caupona aut conversatione, incidit in ebrietatem, rixas, verba aut gestus lascivos. — Hujusmodi poenitentes non sunt absolvendi regulariter, nisi prius occasionem deseruerint.

Pariter non possunt absolvi illi qui, licet in occasione non peccent, aliis tamen scandalum praebent², ut communiter docent Palaus³, Bonacina⁴; et Salmant.⁴ cum Navarro, Graffio, Candido, Lopez, etc.

Addunt Croix⁵; et [Contin.] Tournely⁶ cum Juenin, quod, cum occasio externa conjungitur cum passione vehementi, vel habitu vitioso, vel forti tentatione, peccat qui eam non relinquit, etsi necdum cesserit tentationi; quia raro accidet quod talis se continebit, si ab occasione non separetur. — Unde ait [Contin.] Tournely⁷ quod ancilla vivide sollicitata ab herero, tenetur ab illius domo discedere: qui enim libere commoratur ubi tam periculose ad malum allicitur, non potest rationabiliter sperare victoriam tentationis, nisi auxiliis gratiae extraordinariis, quae sperari sine temeritate nequeunt ab eo qui libere periculum vitare potest et non vitat. Haec tamen intelligenda sunt, si hujusmodi persona sit fragilis et parum devota; nam si esset pietati dedita et cauta, et opportuna adhiberet remedia ad tenta-

¹ Lib. 5, n. 254 et 259. — ² Tr. 2, disp. 2, punct. 9, § 3, n. 19. — ³ De Matr., qu. 4, punct. 14, n. 12, i. f. — ⁴ Tr. 6, cap. 5, num. 62. — ⁵ Navar., Man., cap. 16, num. 20. Jacob. de Graffis, Decis. aur., part. 1, lib. 1, cap. 28, n. 10. — ⁶ Candid., Disquisit. 24, art. 27, dub. 6. — ⁷ Ludov. qu. 8. — ⁸ Concilio fer. VI post dom. IV quadrag. n. 12.

¹⁴ Scilicet qui, quamvis in occasione revera non sint, existimantur tamen ab aliis in

tiones repellendas ac passioni obviandum, tunc eam non obstringerem ad occasio- nem auferendam.

Dicit autem Roncaglia⁸ non esse ne- gandam absolutionem juveni et puellae qui aliquo tempore se invisunt animo matrimonium contrahendi; nemo enim (ait) tenetur ducere personam ignotam, sed per aliquod tempus potest experiri quibus moribus alter sit praeditus. — Haec assertio speculative loquendo videatur rationabilis. Sed ego, experientia doctus, vix semel vel iterum permitterem sponso ad domum sponsae accedere, vel sponsae aut parentibus illum in domo excipere. Raro enim reperi, qui in tali accessu non peccaverit, saltem verbis aut cogitationibus: cum omnes aspectus et colloquia inter hujusmodi sponsos sint incentiva ad peccandum, et moraliter impossibile sit ipsis invicem tractare et stimulos turpes non sentire ad ea quae tempore conjugii inter se futura erunt.

In his autem omnibus, praesertim ubi turpium lapsuum periculum imminet, ad- vertat sedulus confessarius quod nunquam crudelius se geret cum poenitente, quam benignius agendo; et quo majorem severitatem adhibebit, eo melius illius salutis consulat. D. Thomas a Villanova⁹ vocat confessarios *impie pios... qui, ne confidentem aliquantisper contrastent, illum in sua nequitia manere permittunt.*

— Nec confessarius turbari debet, si poenitens dicat in hujusmodi casibus scandalum oriri, si post confessionem amplius non accedat ad illam domum, si mulierem expellat aut aliud simile effugiat periculum. Nam illi suadere debet quod revera potius scandalum erit si post confessionem occasionem non auferat. Aut enim alii suum peccatum aut periculum ignorant, et tunc nihil mali suspicabuntur, puta si quis famulam dimittit, vel si ab accessu in aliquam domum se absti-

Monitum
ad confessio-
res circa
occasiona-
rios.

net; vel jam alii id animadverterunt, et tunc famam potius recuperabit quam amittet.

Ex his omnibus concludo quod ordinarie loquendo nunquam absolvit debet poenitens qui versatur in occasione proxima voluntaria, etiamsi extraordinaria signa doloris afferat, antequam occasionem removeat. Occasio enim extrinseca (praesertim ubi agitur de vitio turpi), quando praesens est, ita mentem excaecat ut omnia proposita e memoria deleat; et ad peccata ita impellit, ut aliquis, etiamsi certam suam damnationem ab illo crimen secuturam cognosceret, adhuc a peccato non desisteret. — Vide mox infra, n. 454, v. *Ratio potior*.

453. — Dubitatur 2º. *An absolvit possit qui se exponit probabili periculo peccandi?*

Affirmant Mendo, Gobat et Caramuel^{a)}, apud Viva¹; et Hozes, Lumbier^{b)}, etc., apud Croix^{c)}; et consentit Sporer^{d)}, modo adsit rationabilis causa. Quia (ut ajunt), cum probabile sit quod ille peccabit, et probabile quod non peccabit, potest sibi formare conscientiam certam, et proinde judicium practicum non fore peccatum.

Mendo, Epitome, v. *Occasio*, num. 5. — *Gobat*, tr. 7, n. 526. — ¹ In prop. 41 Alex. VII, n. 15. — *Hoses*, Explic. propos. 68 Innoc. XI, n. 4. — ² Lib. 5, n. 257. — ³ Part. 3, cap. 2, n. 524. — *Croix*, loc. cit. — *Elizalde*, lib. 8, qu. 15,

453. — ^{a)} Caramuel, *Theol. regul.*, disp. 70, n. 1056, distinguit. Si certum est periculum et probabilis lapsus, negat fas esse illi se exponere; si periculum non est certum, sed tantum probabile, dicit licere illi se exponere, et lectorem remittit ad disp. 6, n. 57. Sed idem Caramuel, in *Theol. fundam.*, n. 511, absolute dicit: « Eum qui probabili mortaliter peccandi periculo se exponit [libere], peccare non jam probabiliter, sed certo mortaliter ».

^{b)} Lumbier, *Sum. dicta de Arana*, tom. 3, *Observ. in prop. Innoc. XI*, post num. 2010, init. § 3 (edit. lat., num. 596), ut probabilem habet hanc opinionem; sed contrariam probabiliter esse existimat.

^{c)} Busenbaum, loc. cit.; Cardenas, *Cris.* 1, disp. 18, cap. 6, n. 57; et *Cris.* 4, diss. 40, cap. 3, art. 3, negant licere sine necessitate tali periculo sese exponere.

^{d)} Suarez, loco citato a Palao, id est de *Carit.*, disp. 9, sect. 2, num. 3, loquitur de periculo vitae corporalis; quod, ut patet, ad

rum. — Sed hanc opinionem jam refutavimus *Lib. V*, n. 63, cum Busenbaum^{c)}, Croix, Cardenas^{c)}, Elizalde, etc. Hic addo auctoritatem D. Thoma^e, ubi id expresse reprobavit, dicens: *Infirmi in fide, de quorum subversione probabiliter timeri possit, prohibendi sunt ab infidelium communione*. Ratio est quia, cum adsit probabilitas labendi, jam adest formale periculum lapsus, quod (ut diximus) omnino est fugiendum, quando occasio est voluntaria; secus vero, si necessaria (ut diximus *Lib. V*, n. 63, de medico et parocho).

Immo recte sentiunt Palaus⁵ cum Suarez^{d)}; et Sotus^e, Bañez^f, apud [Contin.] Tournely^g; item Salmant., Valentia^g et Azor^g, citati *Lib. II*, n. 26, v. *Pariter*, quod in necessitate extrema spirituali proximi non solum potes, sed teneris illi succurrere cum tali periculo probabili; quia tunc necessitas efficit ut periculum evadat remotum: unde si potes, teneris. Idque docet idem D. Thomas^h, ubi, postquam dixit prohibendos esse a communiione infidelium eos de quorum salute probabiliter timetur, addit: nisi urgeat necessitas.

Dicit tamen [Contin.] Tournely^g cum

§ 3. — ⁴ 2^{ae}, qu. 10, art. 9, corp. — ⁵ Tract. 2, disp. 2, punct. 9, § 3, n. 9. — ⁶ Decal., cap. 1, art. 3, de Carit. sect. 4, punct. 1, post concl. 2, v. *Major est*. — *Salmant.*, tr. 21, cap. 6, num. 28. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Loc. cit., v. *Contrarium*.

rem non facit; sed revera, *ibid.*, sect. 1, n. 8, scribit: « Nemini licere propter aliorum salutem exponere se morali periculo peccandi mortaliter...; quod maxime verum est, quando periculum est in determinata materia, in qua aliquis fragilem se expertus est ». Quibus subdit: « Si vero in confuso, non potest certa regula tradi, sed pro ratione periculi et necessitatis, pensanda res erit ».

^{e)} Sotus, *de Just.*, lib. 5, qu. 1, art. 6, ante concl. 3, licitum esse ait vitam spirituali periculo obficere pro salute animarum.

^{f)} Bañez, quamvis a Collet hic citetur, rem tamem, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 26, art. 5, concl. 2, silentio praetermittit.

^{g)} Valentia, in 2^{am} 2^{ae}, disp. 3, qu. 4, punct. 3, assert. 5, de periculo vitae corporalis loquitur; sicut pariter Azor, part. 2, lib. 12, cap. 4, qu. 3; immo etiam Azor, qu. 2, v. *Dicendum existimo*, ait: « Ordo... caritatis... requirit ut vita et salus animae non sit objicienda periculo pro vita amici spirituali servanda ». Male igitur allegantur a Salmant.

Se expoenens probabili periculo peccandi non absolvendus.

Quid de exponente se propter necessitatem spirituali proximi.

Propositio-nes damnatae circa occa-sionarios.

Silvioⁱ⁾ quod si periculum sit tale, ut probabili sit lapsus, tunc nullo modo potes nec debes illi te exponere; quia quisque plus suam quam aliorum salutem respicere debet. — Sed huic responderi posset quod in tali casu extremae necessitatis, modo lapsus non sit moraliter certus, licet sit probabili, teneris te fortius prae-munire orationibus et operibus piis, et deinde fidere de majori auxilio Dei: rationabiliter enim tunc eset sperandum quod Deus augebit auxilium ubi major urgebit necessitas.

454. — Dubitatur 3º. *An poenitens qui versatur in occasione proxima voluntaria possit unquam absolviri?*

Hic ante omnia oportet animadvertere quatuor propositiones proscriptas in hac materia: — Iº. Propositio 41, damnata ab Alexandre VII, dicebat: *Non est obligan-dus concubinarius ad ejiciendam concubi-nam, si haec nimis utilis eset ad oble-ctamentum concubinarii (vulgo regalo), dum, deficiente illa, nimis aegre ageret vitam, et aliae epulæ taedio magno con-cubinarium afficerent, et alia famula nimis difficile inveniretur*. — IIº. Propos. 61, damnata ab Innocentio XI, dicebat: *Potest aliquando absolviri qui in proxima occa-sione peccandi versatur, quam potest et non vult omittere, quinimo directe et ex proposito queriri, aut ei se ingeriri*. — IIIº. Propos. 62, ab eodem Innocentio damnata: *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit*. — IVº. Propos.

ⁱ⁾ De Poenit., disp. 32, sect. 2, n. 3. — ² Tr. 2, disp. 2, punct. 9, § 8, n. 18. — ³ Part. 3, cap. 2, n. 325. — ⁴ Confer. 4, de Proposito, num. 108. — ⁵ Tr. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 3, § 3, v. *Infers* 2. — ⁶ In propos. 41 Alex. VII, Instruct. Confess., v. *Essendo dunque*.

^{j)} Silvius a Collet quidem citatur; sed in 2^{am} 2^{ae}, qu. 26, art. 4, qu. 1, concl. 1, i. f., in universum dumtaxat negat licitum esse se periculo peccandi exponere pro spirituali proximi salute, si probabili sit lapsus quam perseverantia.

454. — ^{a)} Milante citat solum Cajetanum, quem negat tenere hanc sententiam. — Cajetanus tamen, *Sum.*, v. Restitutio, cap. 6, i. f., negat absolviri posse ante restitutionem realem, si jam absolutus, restitutionem omiserit. Sed, v. Concubinatus, dicit: « Ad sui veram poenitentiam exigit non solum omissionem actus carnalis, sed recessum a tali statu ». — Cor-

pus. 63: *Licitum est quaerere directe occa-sionem proximam peccandi, pro bono spi-rituali vel temporali nostro vel proximi*.

Sed Dubium fit: *An qui non adhuc occasionem proximam removerit possit prima vel secunda vice absolviri?*

Prima sententia affirmat. Et hanc te-nent plures auctores, prout Suarez¹, Pa-laus², Sporer³, Elbel⁴, Mazzotta⁵, Viva⁶ (citans Cajetanum et Corduba; sed Pater Milante negat hos auctores^{a)} esse pro hac sententia); et Holzmann⁷ cum Tamburi-nio ac communiori (ut asserit); et consentit Roncaglia⁸ pro prima vice, casu quo poenitens nondum adverterit ad obligationem removendi occasionem. — Ratio, quia, ut ajunt, talis poenitens potest esse bene dispositus ad solutionem, etiam nondum occasione dimissa, si vere proponat dimittere.

Sed hic distinguendum cum S. Carolo Borromaeo⁸, inter occasiones quae sunt in esse, prout cum aliquis concubinam domi-ninet, vel cum aliqua famula peccat cum hero quoties ab eo tentatur: et inter occasions quae non sunt in esse, utpote si quis ludendo prolabitur in blasphemias, aut versando in cauponis prorumpit in rixas et ebrietates, aut convivando cum sociis ruit in verbis et cogitationibus ob-scenis, etc. — In occasionibus hujus se-cundae speciei, quae non sunt in esse, recte docet S. Carolus quod si poenitens firme proponat ab eis cavere, potest per unam, aut duas, etiamque tres vices ab-solviri^{c)}. Quod si postmodum emendatio

num. 16. — Milante, exercit. 86, in propos. Innoc. XI, v. *Verum non satis*. — ⁷ De Poenit., n. 584. — Tambur., Method. Confess., lib. 3, cap. 3, n. 10. — ⁸ Actor. part. 4, Instruct. Confess., v. *Essendo dunque*.

duba autem, *Trat. de cas.*, qu. 4, coroll. 1, con-cedit non solum posse iterum absolviri, sed etiam tertia et quarta vice, antequam occa-sionem dimittat.

^{b)} Roncaglia, tr. 19, qu. 5, cap. 4, qu. 2, veram utique reputat hanc opinionem, « ma-xime, ut ait, in casu quo poenitens ostenderet specialia signa doloris ». Sed continuo subdit: « Ego nihilominus nunquam ad pra-xim reducerem, quando commode differri pos-set absolutio; et interim obligarem poeniten-tem ad occasionem removendam ».

^{c)} S. Carolus concedit absolviri posse in hoc casu, semel et iterum dumtaxat.

Qui non-dum removit occasio-nem proximam potest, juxta alios, absolvit se-mel vel bis.

Distin-guenda occa-siones in esse et occa-siones non in esse.

non appetet, differri ei debet absolutio donec ille cum effectu occasionem derelinquit.

In occasiōibus vero prioris speciei quae sunt in esse, ait S. Carolus poenitentem neque prima vice absolvendum (quascumque promissiones proferat), nisi prius occasionem amoveat. — Et hanc sententiam censeo (saltem ordinarie loquendo) omnino sequendam. Eamque tenet^{a)} Cardenas¹ cum Bonacina, Villalobos et Candido; [Contin.] Tournely², Concina³, Pater Segneri⁴; auctor libri cui titulus: *Istruzione per li confessori novelli*⁵. Item Navarrus⁶, ubi ait: *Concubinarius cohabitans concubinae adeo peccat, ut non debeat absolvvi antequam ab ea separetur*. Coninck⁷, ubi: *Eos qui vivunt in concubinatu, nullo modo, extra casum gravis necessitatis, expedit absolvire antequam de facto separantur*. Azor⁸: *Resp... non posse licite eum absolvvi antequam ab ea (scilicet concubina) separetur*^{e)}. Item Rodriguez^{f)}, Silvester^{f)}, Fernandez, Margarita, etc., apud Palaum⁹; ex D. Augustino¹⁰, ubi sic dicit: *Satisfactio poenitentiae est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere*. — Ergo tenetur poenitens ante absolutionem occasionem auferre; alias suggestionibus aditum non praeculderet.

Ratio 1^a hujus sententiae (ut ait Cardenas) videtur esse, quia prima sententia videtur damnata in praefata prop. 61 ab Innocentio XI. — Sed haec ratio non convincit: nam aliud est posse absolvvi qui occasionem non vult omittere (ut dicebat proposizio); aliud, qui, licet non velit omittere ante absolutionem, bene tamen vult omittere statim post absolutionem.

Dices: Poenitens qui habet pro se opinionem probabilem debet absolvvi; quia, cum sit dispositus, habet jus ad absolu-

¹ In propos. 61, diss. 40, n. 75 et seqq. — Bonac., de Matr., qu. 4, punct. 14, num. 11 et 12. — Villal., part. 1, tr. 9, diff. 25, n. 4. — Candid., disquis. 24, art. 27, dub. 5, v. *Dico sexto*. — ² De Peccat., part. 1, cap. 2, Append., reg. 1. — ³ De Poenit., lib. 2, diss. 3, cap. 7, § 3; et § 4, num. 1 et 2. — ⁴ Il Confessor istruito, cap. 5, v. *Non è però meno*. — ⁵ Part. 1, cap. 10, n. 227. — ⁶ Man., cap. 16, n. 20. — ⁷ Disp. 8, n. 133. — ⁸ Part. 3, lib. 8, cap. 6, qu. 2. —

^{a)} Scilicet de eo qui versatur in occasione in esse.

^{e)} Azor haec scribit de publicis concubinariis.

^{f)} Rodriguez, *Sum.*, part. 2, cap. 49, n. 16, (al. cap. 47, n. 17); Silvester, v. *Concubinarius, quaer.* 2, male citantur a Palao; non enim requirunt ut concubinam relinquant

Ratio 2^a, quia praeceptum tollendi occasionem voluntariam est negativum, id est non permanendi in occasione (prout est praeceptum non retinendi alienum): et hoc obligat semper et ad semper. Unde qui potest occasionem statim removere et non removet est in actuali transgressione praecepti, et ideo indispositus. — Sed haec ratio neque omnino satisfacit; vel saltem intelligenda est in solo casu quo poenitens nolit statim post absolutionem tollere occasionem, et tantum promittat auferre in futurum. At, si poenitens in actu confessionis firme proponeret occasionem removere statim ac domum redit, non video cur dicendus esset hic indispositus et quod praecepto contraveniat.

Ratio potior et vera haec mihi videtur esse: Ablatio occasionis est res magnopere ardua; et non fit nisi quis magnam viram sibi inferat, ut avellatur ab illa occasione, ad quam, propter praeteritam sui animi adhaesionem, remanet valde propensus. Et ideo, si occasio non aufertur ante absolutionem, poenitens de facili post absolutionem se decipiet, falso sibi suadendo quod tentationibus resistet; et sic, occasione non dimissa, profecto redibit ad vomitum. — Qua de re, si talis vellet absolvvi antequam occasionem deserat, esset indispositus; quia se constitueret in probabili periculo infringendi propositum. Ac propterea confessarius qui eum absolveret, ipsum relinquendo in tali periculo, utique peccaret tam contra officium judicis, quia absolveret indispositum, quam medici, non applicando illi remedium suaे saluti necessarium.

tionem (juxta dicenda n. 604). Ergo si quis efformaret sibi conscientiam probabilem juxta primam sententiam, tenetur confessarius eum absolvire. — Respondet 1^o. quod illicitum est (ut diximus mox supra, num. 453, *Dubit.* 2) se voluntarie exponere probabili periculo peccandi. Unde peccat poenitens qui vult absolutionem recipere, antequam occasionem dimittat, cum se immittat in probabile periculum infringendi propositum; et ideo, tamquam indispositus, nullum jus habet ad absolutionem. — Respondet 2^o. Dato et non concesso quod poenitens possit absolvvi semel vel iterum ante dimissam occasionem; tamen (ut communiter dicunt DD., et ipsi adversarii concedunt) poenitens non habet jus ut statim absolvatur. Et propterea bene potest (et si potest, tenetur confessarius, ut partes sui muneris recte agat) tamquam mediis differre illi absolutionem, usquedum occasionem dimittat. — Hoc tamen non admittendum, si poenitens ab alio confessario jam fuerit admonitus de occasione tollenda et non abstulerit; quia tunc habetur tamquam recidivus, et minime est absolvendus, nisi forte afferat extraordinaria signa doloris, ut supra.

^{Nisi jam ab alio confessore admonitus sit.}

Dixi tamen: ordinarie. — Nam merito excipiens est 1^o cum Lugo^{g)}, Holzmann^{h)} et Sporer^{h)}, casus quo poenitens afferat extraordinaria signa doloris; quia tunc propter hujusmodi signa confessarius prudenter potest judicare non adesse in poenitente periculum illud proximum infringendi propositum: signa enim illa indicant poenitentem ubiorem recepisse gratiam, qua magis constanter se geret in occasione removenda. — Nihilominus ait Roncaglia quod ipse etiam in hoc casu absolutionem differret, usquedum occasio auferatur, si absolutio commode differri posset. Et ita etiam ego agerem.

Excipiens 2^o cum Viva¹ casus quo poenitens, si absolutio differatur, non possit ad confessarium redire, vel nonnisi post longum tempus. Tunc enim, si ille

^{g)} Roncaglia, tract. 19, qu. 5, cap. 4, qu. 2, v. f. —

¹ In propos. 41 Alex. VII, n. 16.

ante absolutionem, nisi forte id intendat Silvester dicens: « Si nullum est scandalum aut recidiivi periculum, absolvvi potest ».

^{h)} Lugo, disp. 14, n. 151, loquitur de eo qui non vult occasionem deserere, quem nihilominus absolvvi posse ait, « quando habet extraordinarium dolorem et propositum; haec enim faciunt jam illam non esse occasionem proximam, quia homo sic armatus fortior

multo est quam erat prius, atque adeo probabilem possumus de ipso sperare victoriam tentationum, a quibus antea semper superabatur ».

^{g)} Holzmann, *de Poenit.*, n. 586; Sporer, part. 3, cap. 2, n. 325, tractant de eo qui, semel et iterum jussus occasionem relinquere, eam tamen non deseruit; et dicunt eum posse adhuc absolvvi, si afferat specialia doloris signa.

Sed hic Dubium fit: *An possit quis manere in occasione proxima, si aliter deberet pati notabile detrimentum temporale in vita, fama aut fortunis?*

Negat Merbesius¹, dicens pro nullo damno temporali aliquem excusari a dimittenda occasione proxima. Et in parte consentit Wigandt², ubi ait esse obligationem auferendi occasionem, etiamsi infamia sit subeunda.

Communiter tamen affirmant doctores non teneri poenitentem occasionem dimittere, si aliter grave damnum temporale passurus sit: dummodo interim sit paratus uti mediis praescriptis. Ita Navarrus³, Sanchez⁴, Lugo⁵ cum communi, Palaus⁶, Tournely^a, Anacletus⁷, Holzmann⁸, Bonacina⁹, Viva¹⁰, Elbel¹¹, Laymann¹², Renzi¹³, Sporer¹⁴ (qui tamen¹⁵ cum Palao non excusat aliquem mediocriter divitem, qui ne patiatur damnum centum ducatorum, occasionem non vellet deserere). Et consentit Concina¹⁶, si poenitens ex dimissione occasionis deberet pati infamiam aut gravissimum detrimentum. — Ratio, quia occasio peccandi non est in se peccatum neque affert necessitatem peccandi; quapropter bene potest cum ea consistere vera detestatio peccatorum et firmum propositum non relabendi ac adhibendi debita remedia. Et quamvis praceptum vitandi occasionem proximam per se obliget ad non permanendum in occasione; tamen illud intelligendum est obligare cum quis voluntarie in occasione persistit: non vero si maneat ex necessitate. Moraliter autem haec necessitas intervenit, quando sine magno detimento aut incommodo nequit occasio dimitti; etenim

¹ De poenit., qu. 48, cas. 4, reg. 2, 5 et 6. — ² Tr. 5, n. 50, resp. 3. — ³ Man., cap. 3, n. 20. — ⁴ Decal., lib. 1, cap. 8, num. 3. — ⁵ Disp. 14, num. 152. — ⁶ Tr. 2, disp. 2, punct. 9, § 3, num. 8. — ⁷ Tr. 14, dist. 8, num. 46. — ⁸ De Poenit., n. 580, v. Dixi. — ⁹ De Matr., qu. 4, punct. 14, n. 11. — ¹⁰ De Poenit., qu. 3, art. 4, n. 6 et 7. — ¹¹ Confer. 4, de Proposito, num. 104. — ¹² Lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 9. — ¹³ De Poenit., cap. 2, sect. 1, qu. 15. — ¹⁴ Part. 3, cap. 2, n. 326. — ¹⁵ Loc. cit., n. 328. — ¹⁶ Palaus, loc. cit., n. 14. — ¹⁷ De Poenit., lib. 1, diss. 3, cap. 2, § 4, n. 27. — ¹⁸ Sanch., concl. 3.

^{455. - a)} Contin. Tournely, *de Peccat.*, part. I, cap. 2, Append., reg. 3, monet ut eo casu absolutio differatur, si possit, usque ad certa emendationis signa; si vero non possit,

tunc periculum formale et proximum, opportunis adhibitis mediis ad non relabendum, fit materiale et remotum. Non enim qui est in periculo, sed *qui amat periculum* (ut dicitur in Eccli. III.), *in illo peribit*: non autem amat periculum qui invitus subit. Hinc optime S. Basilius^b dixit: *Qui urgenti aliqua causa et necessitate, se periculo objicit vel permittit se esse in illo, cum tamen alias nollet, non tam dicitur amare periculum, quam invitus illud subire: et ideo magis providebit Deus ne illo pereat.* — Idem satis confirmatur ex cap. *Laudabilem, de frig. et mal.*, ubi sic habetur: *Quod si ambo (sermo est de conjugibus ab initio impotentibus) consentiant simul esse, vir eam, etsi non ut uxorem, saltem habeat ut sororem.* Ergo (ut notat Sanchez), ne ipsi infamiam patientur, bene eis permittitur simul habitare cum periculo tactuum.

Remedia autem pro his qui reperiuntur in occasione proxima praesertim peccati turpis sunt, videlicet: major oratio, frequentior usus sacramentorum, quotidie ante imaginem crucifixi renovare promissionem non amplius peccandi, vitare ne versetur solus cum sola, fugere ab aspectu complicis, et similia.

Hinc dicunt Sporer¹⁷ cum communi, Busenbaum (ut supra, n. 433, ad. 10) Mazzotta¹⁸; Palaus¹⁹ cum Graffio, Fernandez, etc.; Laymann²⁰ cum Navarro²¹, Sanchez, Sà, Henriquez, Cajetano et Philiarcho, quod ii qui ab officio, negotiatione, aut domo in qua peccant discedere nolunt, quia sine magna difficultate non possunt, absolvendi sunt, si sint parati remedia

Decal., lib. 1, cap. 8, n. 3. — ¹⁷ Part. 3, cap. 2, n. 322. — ¹⁸ Tr. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 3, § 2, qu. 1. — ¹⁹ Tr. 2, disp. 2, punct. 9, § 3, n. 12 et 17. — ²⁰ Graff., Decis. aur., part. 1, lib. 1, cap. 28, n. 23. — ²¹ Anton. Fernandez, Instrucion de Confesores, part. 1. docum. 8, num. 3. — ²² Lib. 5, tr. 6, cap. 4, num. 9. — ²³ Man., cap. 3, num. 21. — ²⁴ Sanch., loc. cit., n. 3. — ²⁵ Sà, v. *Absolutio*, num. 12, (in edit. genuina, num. 18). — ²⁶ Henriq., lib. 4, cap. 24, num. 4. — ²⁷ Cajetan., Sum., v. *Periculum*. — ²⁸ Philiarch., part. 2, lib. 2, cap. 32, concl. 3.

et poenitens alia remedia lubenter accipiat, absolvatur.

^{b)} S. Basilius ita a Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 8, n. 3, citatur; sed citatus textus non est

adhibere^c. — Idem dicit Viva¹ de chirurgis qui in medendis mulieribus, et de parochis qui in excipiendis earum confessionibus, pluries peccant, si aliter ipsi non possent vivere juxta suum statum. Vide dicta *Lib. V*, n. 63, v. *Diximus*.

456. — Hae sententiae probabilissimae sunt. — Verum, in praxi, omnes conveniunt expedire ut iis qui versantur in occasione proxima, etiam necessaria, differatur absolutio.

Immo, ut ego quid sentiam in hac re, ingenue dicam: Nunquam absolverem qui est in occasione proxima extrinseca (nam de intrinseca aliter infra loquar), praesertim si occasio sit de materia turpi, semper ac absolutio commode differri posset. Censeo enim quod confessarius tamquam medicus tenetur aptare suo poenitenti remedia opportinora, ut ille suam faciat salutem; reorque nullum aliud aptius antidotum ministrari posse ei qui est in occasione proxima, quam dilationem absolutio: dum experientia docet quod poenitentes, postquam absoluti discedunt, ut plurimum negligunt media praescripta adhibere, et sic facilime recidunt. Cum e converso, quando ipsis absolutio denegatur, vigilantius satagunt remedia exsequei et temptationibus obsistere, impulsi quidem a timore ne cum ad confessarium redibunt, iterum sine absolutione dimittantur. Et casu quo poenitens prius admonitus ab alio confessario media praescripta neglexerit, et eodem modo fuerit relapsus, dico omnino dimitendum esse sine absolutione: nisi forte extraordinaria signa doloris exhibeat. Et etiam huic adhuc extraordinaria compunctione donato, ordinarie loquendo, absolutio denegarem, quando commode absolutio posset differri.

¹ De Poenit., qu. 8, art. 4, n. 9. — ² Disp. 14, n. 156 et 157. — ³ Tr. 2, disp. 2, punct. 9, § 3, n. 17. — ⁴ De Poenit.,

Fortasse alicui, haec tradens, nimis ridiculus videbor; sed ego, cum poenitentes offendissem hujusmodi occasionum laqueis irretitos, sic semper egi et semper agam. Hac enim via incedens, non me rigidum, sed maxime erga eos benignum esse puto: quandoquidem nullus isto aptior modus mihi videtur, ut ipsi a peccatis et ab aeterna damnatione eripiantur. Et e contrario crederem quod, si benigne agendo absolutio quam petunt eis praestarem, causa essem ut misere in vitiis marcerent.

Quisque in suo sensu abundet. Utinam vero omnes confessarii cum hujusmodi poenitentibus ita se gererent! multo quidem minora crimina committerentur, et longe plures animae perditionem viarent.

Ego sentio et dico quod ubi agitur de liberando poenitente a peccato formalis, licet permittatur manere in materiali, tunc confessarius curare debet, in quantum christiana prudentia concedit, ut opinioribus benignoribus, gravi tamen fundamento roboratis. — Ubi vero opiniones benigne propinquias admoveant ad periculum peccati formalis, ut accidit in hac materia occasione proximae, dico quod confessario uti expedit sententias rigidoribus: sic enim magis consulat suorum poenitentium saluti.

457. — Dubitatur^d. *An qui in occasione necessaria, etiam adhibitis remediis semper eodem modo relabitur, possit absolviri, nisi prius occasionem deserat?*

Prima sententia, quam tenent Lugo², Palaus³, Holzmann⁴; item Gobat, Fabri^d, Pallavicini^d et alii, apud Croix⁵ (et probabilem putat Tamburinius⁶), dicit posse eum absolviri toties quoties: modo habeat

num. 583. — ² Gobat, Quinar., tr. 5, cap. 33, n. 77 et seqq. — ³ Lib. 5, n. 261. — ⁴ Method. Confess., lib. 3, cap. 3, n. 10.

Eodem modo semper relabens in occasione necessaria, etiam adhibet remedia:
Potest semper absolviri, juxta alios, non remota occasione.

S. Basilii; forsitan est commentarium in ejus Constitutiones monasticas, cap. 5.

^{c)} Non omnes hic citati auctores dicunt istiusmodi poenitentes esse absolvendos aut posse absolviri; sed quidam ex iis (quod sane eodem recidit) negant teneri occasionem deserere: et sunt Sanchez, Cajetanus et Viva.

^{d)} Honoratus Fabri, *Opusc. Anonymus advers. Anonymum*, cap. 3; et Pallavicini,

Assert. theolog., lib. 7, cap. 29, n. 292, principium generale adducunt, quo nimirum dicta sententia, hoc est: Posse poenitentem remanere in occasione proxima peccandi, si eam absque gravi incommodo deserere non potest. Et ita auctores citantur a Croix, loc. cit. «Etiam in ordine ad mortalia (sunt verba Pallavicini) licet aliquando non recedere ab occasionibus proximis, quando ille recessus est adeo diffi-

sufficientem dolorem et propositum. — Advertit tamen Lugo¹ quod, cum aliquis semper immediate post confessionem facile recidit, is censetur carere vero dolore et proposito, et ideo non absolvendus^e. Secunda tamen verior sententia, quam turgentur Busenbaum^f, supra, n. 433, ad 10, in fine; Roncaglia^g, [Contin.] Tournely^h; Vivaⁱ cum Suarez, Navarro et Reginaldo; Mazzotta^k (qui vocat communem); item Cajetanus, Tanner, Cardenas et alii, cum Croix^l (qui vocat veram), tenet hunc non posse absolvi, nisi occasionem deserat, cum jactura adhuc vitae^g, si opus sit, quando nulla emendatio nec probabilis spes emendationis appareat. — Ratio, quia homo tenetur cum omni jactura vitare periculum proximum peccati formalis. Et licet aliquando ob justam causam possit permitti periculum peccati, nunquam tamen potest permitti peccatum; cum autem nulla spes apparet emendationis, periculum utique fit formale et a peccato se Jungi non potest: et ideo omnino est vitandum cum quocumque damno temporali, etiam vitae. Hic enim currit illud Marc. ix, 46: *Si oculus tuus scandalizat te, ejice eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Et aliud Matth. xvi, 26: *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?*

Dices cum Lugo: Ergo iste neque prima vice poterat absolviri; cum idem ad-

¹ Disp. 14, n. 160. — ² Tr. 19, qu. 5, cap. 4, qu. 8. — ³ De Peccat., part. 1, cap. 2, Append., reg. 8. — ⁴ In propos. 41 Alex. VII, n. 17. — ⁵ Suar., disp. 32, sect. 2, i. f. — ⁶ Navar., Man., cap. 3, n. 21. — ⁷ Regin., lib. 8, n. 19, i. f. — ⁸ Tr. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 3, § 3, v. Quaeres. — ⁹ Cajetan., Sum., v. Periculum, v. f. - Tann., tom. 4, disp. 6, qu. 9.

cilis, ut obligatio recedendi plus peccatorum inferret per violationem sui, quam impedit per sui observationem^a.

^a Idemque fere notant Palaus et Holzmann.

^b Busenbaum, loc. cit., sic loquitur: « Qui certus est impossibile sibi esse in tali occasione peccata vitare, debet eam deserere, nisi velit perire ».

^c Aliqui ex citatis auctoribus non expresse loquuntur de discriminis ipsius vitae; hoc tamen insinuant, dum loquuntur de maximo detimento, de quocumque incommodo, de incommodo quantumvis gravi. Attamen Contin. Tournely loquitur solum de « bono-

fuerit periculum. — Respondeo quod dispar est ratio: nam, cum occasio est necessaria, ope mediorum periculum materialiter proximum fit formaliter remotum; at cum, adhibitis remediis, non adest spes emendationis, periculum evadit formaliter proximum, et ideo omnino vitandum cum quocumque incommodo. *Sin autem* (ait S. Carolus^h), loquens de puella quae domi haberet occasionem necessariam) *post similes praecautiones comperiat confessarius poenitentem in illud peccatum relabi, deneganda prorsus est absolutio, donec deseruerit proximam peccandi occasionem, quidquid tandem evenire debeat.* Hinc in can. *Falsas* 6, de poen., dist. 5; et can. *Frates* 8, ib., dicitur debere dimittere sua officia milites, negotiatores, curiales, etc., qui norint illa non posse exercere sine peccato. Sic enim loquitur S. Gregorius VII in cit. can. *Falsas*: *Ideoque quicunque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit (difficultas notatur, advertit Glossa, non impossibilitas), si culpis gravioribus irretitus ad poenitentiam venerit..., recognoscet se veram poenitentiam non posse peragere..., nisi negotium derelinquat vel officium deserat.* Idem clarissimus confirmat Innocentius II in dict. can. *Frates*, dicens: *Falsa etiam fit poenitentia, cum poenitens ab officio, vel curiali, vel negotiali non recedit, quod sine peccato agi nulla ratione preevaleat.*

Secus vero dicendum cum Holzmannⁱ,

n. 112. — *Carden.*, Cris., part. 4, diss. 40, n. 146 et 150. — ⁴ Lib. 5, n. 261; cfr. n. 268. — *Lugo*, disp. 14, n. 158. — *S. Gregor. VII*, cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 148, col. 801; et ap. Labbe, tom. 12, col. 621, concil. Rom. V, can. 5, anno 1078 celebratum. — *Innoc. II*, cfr. ap. Labbe, tom. 12, col. 1505, concil. Lateran. II, can. 22, anno 1139 celebr. — ⁷ De Poenit., n. 583.

rum, famae et status jactura»; Suarez, de « gravi temporali documento», sicut et Navarrus. — Reginaldus autem absolute dicit negandam esse solutionem, nulla facta de documento mentione. — Denique notandum est Mazzotta et Tanner, requirere ad solutionem hoc casu concedendam, non quidem ut occasio jam derelicta sit, sed propositum eamdem deserendi.

^h S. Carolus, *Instr. Confess.*, v. *E se dopo questa diligenza*, loquitur de quocumque qui domi occasionem necessariam habeat; et concordat, excepto tamen quod in fine non addit: *quidquid tandem evenire debeat.*

Nisi adsint extraordi-
naria signa.

Doctrina
S. Caroli de
occasioni
bus exter
nis et inter
nis.

Laymann¹; et Sporer² cum Sanchez³, Navarro⁴ et aliis communissime, si in praesenti hujusmodi poenitens afferat extraordinaria signa doloris; tunc enim jam effulget spes emendationis.

458. — Hic pro complemento hujus puncti, refert adjicere ea quae tradidit D. Carolus Borromaeus², ubi, distinguens inter occasiones proxime de se inductivas ad peccatum (ut est domi retinere concubinam) et occasiones proximas pecandi ob pravum habitum alicujus, sic dixit: *Poenitentem in aliqua ex his occasionibus versantem, si urgens sit illa occasio, ut qui concubinam aleret, non debet sine dubio confessor absolvire (intellige ne prima quidem vice), nisi hanc occasionem antea sustulerit.* — *Pro aliis vero occasionibus (minus impellentibus) quales sunt aleae-vacatio, aspectus minus pudici, colloquia, gestus, etc., non absolvatur, nisi eas dimittere poenitens pollicetur.* *Quod si jam alias pollicitus sit nec emendatus fuerit, absolutio differatur donec emendationem agnoverit.*

Et quia potest contingere ut poenitens, cum his omnibus a confessore propositis, occasionem non possit dimittere sine periculo (intellige damni, vitae, famae vel bonorum) aut scandalo, debet adhibere remedia; et primo differatur absolutio (intelligendum etiam poenitens ille prima vice confiteatur peccatum), donec emendationis signa dederit. — *Quod si inde infamiae periculum poenitenti acciderit (nempe si incurrit infamiam, nisi tunc communitet), et confessio talia contritionis in eo signa perspexerit (ut prudenter dispositum judicet), debitamque ad excipienda remedia dispositionem observaverit, tunc poterit absolviri.* — *Quod si tamen non emendatus poenitens fuerit (scilicet etiam adhibitis remediis), non absolvatur donec occasio illa sublata fuerit.*

¹ Lib. 5, tr. 6, cap. 4, num. 10. — ² Instr. Confessor. v. *Essendo dunque involto*. — ³ Lib. 6, part. 2, n. 1820. —

⁴ Instit., de Poenit., qu. 4, cap. 1. — ⁵ Tr. 1, de Sacram. i. g., cap. 1, n. 11. — ⁶ De Sacram. Poenit., n. 60.

Deinde haec addidit: *De operibus quae ad malum inclinant, ut saltationum publicarum, improborum hominum, camporum frequentatio, et alia hujusmodi, quorum occasione si homo peccare consuevit, nequaquam debet absolviri, nisi prius eam omnino dimiserit.* — *Quod si confessori visum fuerit ex prima aut secunda poenitentis pollicitatione, et non amplius, ipsum occasionem hanc dimissurum, poterit eum absolvire; absolutio autem differat si promissis non steterit, donec amandatam omnino fuisse occasionem agnoverit.*

459. — Quaeritur 4º. *An possint absolviri qui in peccatis sunt consuetudinarii, aut recidivi?*

Distinguendum est inter consuetudinarium sive habituatum, et recidivum.

CONSUETUDINARIUS intelligitur hic qui prima vice suum pravum habitum confiteritur. — Et iste bene potest absolviri, etiamsi nulla emendatio praecesserit, modo eam serio proponat; ut cum sententia communissima dicit Croix⁸. Ratio, quia talis poenitens ex una parte non est praesumendus malus, ita ut velit indispositus ad sacramentum accedere; ex alia, bene presumitur dispositus, dum peccata sua confitetur, cum ipsa spontanea confessio sit signum contritionis, nisi obstet aliqua positiva presumptio in contrarium: omnes enim convenient quod dolor per confessionem manifestatur. Vide Juenin⁴, Salmant.⁵ — Nec valet dicere quod eadem prava consuetudo est signum indispositionis; nam, licet pravus habitus redat peccatorem propensiorem ad peccatum, non tamen dat presumptionem suae infiriae voluntatis. Attende quae docet Catechismus Romanus⁶: *Si..., audita confessione, judicaverit (sacerdos) neque in enumerandis peccatis diligentiam, nec in detestandis dolorem poenitentis omnino de-*

Consuetu
dinarius,
quis: potest
absolviri.

⁷ Sporer, part. 3, cap. 2, n. 325, loquitur de occasione libera, quam poenitens semel aut iterum admonitus non deseruit; et tamen eum posse absolviri dicit, si « nunc... evidenter signa mutatae voluntatis serioque praeseferat, ut ejus promissio acceptari... possit».

At vero n. 326, citat Sanchez et Navarrum pro alio quodam asserto, nimurum pro sententia quae docet recidivum ex occasione proxima, quam devitare vel dimittere nequeat sine gravi incommodo, posse nihilominus, positis certis conditionibus, in ea relinqu ad

fuisse, absolvit poterit. Nota: omnino de- fuisse.

RECIDIUS autem est ille qui post con- fessionem in eadem peccata relapsus est.

Hic dubitatur *an possit absolvit*. — Ad- sunt tres sententiae:

Prima, quam tenent Silvester^{a)}, Henriquez^{a)}, Tanner^{a)}, Sanctius^{a)}, etc., apud Salmant.¹, dicit hunc absolvendum esse toties quoties confitetur, nisi ex aliqua cir- cumstantia judicetur indispositus; alias semper dispositus est censendus, utque talis jus habet ad absolutionem. — Sed haec sententia falsa est, ut infra dicemus.

Secunda sententia omnino opposita, quam tenent Merbesius², Juenin³ et Ge-

^a Tr. 17, de Voto et Juram., cap. 2, n. 169. — ^b De Poenit., qu. 48, cas. 5, reg. 2 et 3. — ^c Instit., de Poenit., qu. 6, cap. 5, art. 1, concl.; et v. Quaeres 3. — ^d De Poenit.,

nettus⁴, dicit nunquam peccatorem habituatum censendum esse dispositum ad absolutionem, nisi diu conversionem suam per emendationem probaverit^{b)}. Et idem sentit Pater Concina; quamvis alibi⁵ sic in praxi temperet suam doctrinam, dicens: *Et ut errandi periculum declines, si vides bina vel trina absolutione te posse infirmum curare, esto in misericordia dives. Emendatio peccatoris securior omnibus regulis est norma, vel impertiendi, vel denegandi absolutionem.*

Tertia sententia communis, quam sequimur, et tenent Sanchez^{c)}, Palau^{c)}, Bonacina^{c)}, Lugo^{c)}, Petrocorensis^{c)}, Sporer^{c)}, Azor^{c)}, Viva^{c)}, Laymann^{c)}, Holz-

cap. 7, qu. 15. — ^c Lib. 2, diss. 3, cap. 10, num. 24. — ^d Disp. 14, n. 166. — ^e Part. 3, cap. 2, n. 330 et seqq. — ^f Lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 10.

tempus durantis necessitatis, et a confessario absolvit.

459. — ^{a)} Salmanticenses autores istos alle- gent pro sententia quea docet n. 167, semper dandam esse absolutionem ei « qui saepius ad- monitus, in eodem semper statu permaneret, nihil ex parte sua curae apponendo, ut ad me- liorem frugem redeat ». — At vero Silvester, v. Confessor III, qu. 12, scribit tantum, ab- solvendum esse poenitentem etsi confessarius praevideat eum « non expletum... quod promisit ». Sed haec subdit: « Cautius tamen eset, quando facultas adest, inducere eum prius ad satisfactionem: quod tamen si com- mode non potest, sufficit si satisfacere disponat quam primum poterit ». — Henriquez autem, lib. 4, cap. 24, num. 4: « Consuetudo, inquit, qua saepius absolutus relabitur in mollietate, cuius occasio expelli non potest, non cogit ne- gare, sed aliquando differre absolutionem ut firmiori proposito melius disponatur ad gratiam; propter fragiles enim et male habentes curandas septuagesies septies... instituta est me- dicina Poenitentiae ». — Tanner, tom. 4, disp. 6, qu. 9, dub. 5, n. 113, dicit confessarium teneri absolvere eum quem potest licite et valide ab- solvere; sed n. 114, addit: utiliter et licite non- nunquam differre absolutionem illi qui licite posset absolvit; et « exemplum est in eo qui in peculari quidem aliqua peccandi occasione non haeret, simulque propositum emendationis et satisfactionis pree se fert, sed tamen in poenitentiis ad peccati emendationem in junctis negligens, parum se emendat in consueto cri- mine ». — Quod attinet ad Joannem Sanctium, ipse, Select. disp. 9, n. 12, negat posse absolu- tionem denegari dispositivo, « quantumcumque peccandi consuetudini dedito », nisi de ipsius consensu; et n. 13, reprobat eos qui differen-

dam esse ajunt absolutionem ei qui consuetu- dinem jurandi habet, si ter aut saepius ad- monitus, nihil curae adhibuerit ad depellen- dam pravam consuetudinem.

^{b)} Haec dicunt de consuetudinario Merbe- sius et Juenin; hinc a fortiori idem sentiunt de recidivo formalis, ut ipse Merbesius innuit. — Concina autem, lib. 2, diss. 3, cap. 7, § 4, huic sententiae videtur adhaerere quatenus rejicit primam, et dicit recidivos esse absolvendos si vera emendationis signa exhibeant. Cfr. etiam cap. 10, n. 13, 16 et 19, ubi de simplici consuetudinario tractat.

^{c)} Sanchez, Decal., lib. 2, cap. 32, n. 45, adducit quidem opinionem istam; quid vero ipse sentiat inferius exponit, dicens absolvendum esse statim, si aliquid curae adhibuit ad evelendarum pravam consuetudinem; si vero nil curae apposuit, posse nihilominus absolvit si vere doleat et firmiter emendam proponat; pendereque a confessoris prudentia an sit consilium differre absolutionem. Cfr. etiam lib. 3, cap. 5, n. 18. — Et Sanchezii sententiam Palauis amplectitur, tr. 14, disp. 1, punct. 9, n. 6, sicut et fere etiam Bonacina, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 13, n. 7.

^{d)} Petrocorensis hanc tertiam sententiam satis insinuat, dicendo, de Poenit., cap. 7, qu. 9, resp. 2, v. *Iis autem*, negandam esse absolu- tionem illis prave habituatis, « in quibus post aliquas confessiones, nullum emendationis ve- stigium appetit ».

^{e)} Azor pariter, part. 1, lib. 11, cap. 3, qu. 4, differendam esse ait absolutionem, si nihil in ea re studii et operae posuerit. Cfr. etiam lib. 9, cap. 28, qu. 18. — Viva, de praec. Decal., qu. 7, art. 7, n. 4: « Si nunquam pro- positum servet, inquit, non est deinde [saltē post quartam vicem] absolvendus ».

Juxta a- lios, nequit absolvit nisi post diuturnam con- versionem.

Probatur prima pars.

S. Doctor negat posse absolvit, nisi afferat si- gna extra- ordinaria.

mann¹, Anacletus², Pater Milante³, Wi- gandt⁴; et Salmant.⁵ cum Suarez⁶, Sayro⁷, Hurtado⁸, Prado⁹, Rodriguez, Lopez, etc., docet quod peccator recidi- vis rediens cum eodem habitu pravo non potest absolvit: nisi afferat extraordinaria signa sua dispositionis.

Prima pars est contra primam sen- tentiam dicentem quod recidivi debent absolvit semper ac ad sacramentum acce- dent. Et probatur ex prop. 60, damnata ab Innocentio XI, quae dicebat: *Poeni- tenti habenti consuetudinem peccandi con- tra legem Dei, naturae aut Ecclesiae, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda nec differenda absolutio: dummodo ore proferat se dolere et proponere emendationem.* — Ratio est, quia, ut con- fessarius possit poenitentem absolvire, debet esse moraliter certus de ejus dispo- sitione. Unde, quamvis peccator prima vice confitens censendus sit dispositus, eo quod (ut diximus) nulla ei obstat prae- sumptio in contrarium; tamen, quando jam in alia confessione ipse fuit admo- nitus et eodem modo cecidit, nullo adhi- bito conatu, et nullo impleto ex mediis a confessario praescriptis, frequens ille relapsus signum praebet vel saltem pru- dentem dat suspicionem quod sua poenitentia non sit vera. Qui enim firme pro- ponit (bene ait Lugo¹⁰) rem sibi moraliter posibilem, non ita facile sui propositi obli- viscitur, sed saltem per aliquod tempus perseverat, et difficilius aut rarius cadit. —

¹ De Poenit., num. 589. — ² Tr. 18, num. 98, v. *Nota tamen*. — ³ Tr. 17, cap. 2, n. 168 et 170. — ⁴ Instruct. Confess., part. 1, cap. 191, num. 11 et 13. — ⁵ Ludov. Lopez, Instruct. consc., part. 1, cap. 25, v. *Secundo dicimus et seqq.* — ⁶ Disp. 14, num. 160. — ⁷ Sententiar. lib. 2, cap. 18, n. 7; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 88, col. 615. — ⁸ S. August.

⁹ Anacletus, tr. 14, dist. 8, n. 51, dicit differendam esse absolutionem, si longo jam tempore admonitus, nihil omnino proficerit.

¹⁰ Milante, exercit. 35, sup. propos. 60. Innoc. XI, severior S. Alfonso videtur, dum haec dicit etiam de consuetudinario, qui prima vice ad confessarium accedit, si nempe con- suetudo longo jam tempore duraverit.

¹¹ Salmant. loquuntur de consuetudinario recidivo in peccatis perjurii vel blasphemiae. Praeterea citant Suarez, de Relig., tr. 5, lib. 3, cap. 8, i. f.; Sayrum, Clav., lib. 5, cap. 5, n. 8; Thomam Hurtadum, tr. 1, cap. 6, resol. 21, a

Hinc S. Isidorus⁵ sic ait: *Ille poeniten- tiā digne agit, qui sic praeterita mala deplorat, ut futura iterum non committat.* Et S. Augustinus (apud eundem Isidorum) sic optime scriptis: *Qui tundit pectus et non corrigitur, solidat peccata, non tollit.* Ideo S. Carolus Borromaeus⁶ bene docuit: *Proroganda est absolutio eis qui a multis annis in eisdem peccatis perseverarunt, nec ut emendantur laborarunt.*

Et hoc ait Lugo⁷ accidere posse etiam in confessione *venialium* in quibus poenitentis sit habituatus. — Nam, licet com- muniter dicant DD. quod facilius absolvit possint qui in eadem recidunt *venialia*, quia ipsorum occasiones sunt frequentiores, quas evitandi non adest obligatio tam stricta; tamen merito dicit Eibel⁸, saepe timendum esse ne sint nullae et sacrae confessions illorum qui propositum de praedictis *venialibus* vitandis nimis generaliter concipiunt. Unde bene advertit cum Sporer⁹ quod hujusmodi poenitentes, potius quam se vexent ut omnia sua *venialia* exacte confiteantur, attendant ad illa clavibus subjicienda de quibus nove- rent verum habere dolorem et propositum.

Dicunt vero Sanchez¹⁰, Laymann¹¹, Lugo¹², Palau¹³, Viva¹⁴, Sporer¹⁵ cum aliis, quod non obstantibus, bene poterit absolvit recidivus usque ad tertiam vel quartam vicem, etiam si eodem modo re- lapsus fuerit et nullum adhibuerit remedium. — Veneror tantorum doctorum au- toritatem: sed ego eorum opinioni nun-

Sermo de disciplina christiana, cap. 10, num. 11; ap. Mi- gne, Patrol. lat., tom. 40, col. 675. — ¹² Instruct. Confess., v. *Si differisca anco*. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Confer. 4, de Pro- posito, num. 112 et 113. — ¹⁵ Part. 3, cap. 2, num. 339. — ¹⁶ Lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 10. — ¹⁷ De praec. Decal., qu. 7, art. 7, n. 4, i. f. — ¹⁸ Loc. cit., n. 332.

¹ Anacletus, tr. 14, dist. 8, n. 51, dicit differendam esse absolutionem, si longo jam tempore admonitus, nihil omnino proficerit.

² Milante, exercit. 35, sup. propos. 60. Innoc. XI, severior S. Alfonso videtur, dum haec dicit etiam de consuetudinario, qui prima vice ad confessarium accedit, si nempe con- suetudo longo jam tempore duraverit.

Idem ac- cide pos- test in ve- niali um confesse-

quam acquiescere potui. Etenim cum poenitens jam fuerit in alia confessione admonitus, et eodem modo reinciderit, nullumque ad se emendandum conatum adhibuerit; eadem suspicio utique recurrit, qua sit ut confessarius non possit habere de ejus dispositione moralem certitudinem sufficientem respective ad hoc sacramentum (ut infra explicabitur n. 461.).

Probatur secunda pars.

Secunda vero pars est contra secundam sententiam: quae cum intolerabili rigore dicit nunquam absolvvi posse consuetudinari, nisi per longam experientiam constet de ipsius emendatione. — Ratio nostrae sententiae est, quia relapsus, tametsi praebat aliquam suspicionem, non tamen certum exhibit signum indispositionis; bene enim contingere potest quod poenitens vere habuerit firmam voluntatem non relabendi, et tamen vi pravi habitus sit relapsus, ut advertit S. Anselmus¹, dicens quod consuetudinarii, *pravo usu irretiti... noientes in eadem vicia dejiciuntur*. Unde, quoties poenitens affert signa extraordianaria doloris, per ea tollitur suspicio illa de indispositione; et tunc confessarius prudenter judicare poterit suum poenitentem satis esse dispositum. Unde recte ait Pater Milante (in prop. 60 damnata ab Innocentio XI, supra relatam), quod ibi non excluditur absolute consuetudinarius utcumque talis, sed qui nullum dat emendationis spem. Igitur... consuetudinarius qui dat aliquam emendationis spem, modo solida et fundata haec sit..., potest absolvvi. — Tot autem auctoritatis SS. Patrum quas adducunt adversarii, nihil aliud probant quam magnam illam difficultatem quae adest in extirpando pravo habitu; sed bene docet Lugo² cum Suarez, Sanchez, Reginaldo³, Henriquez⁴ et aliis communiter, quod *dispositio sufficiens est dolor et propositum praesens*,

¹ Id est Eadmer, Opusc. de Similitudinibus S. Anselmi, cap. 190; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 76, col. 1124. — S. Hieron., epist. 123, ad Rusticum, de poenit., n. 3; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 22, col. 1044. — ² Homil. 14, in epist. 2 ad Cor., n. 3; Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 61, col. 502. — ³ Giordanini, part. 1, cap. 15, n. 356. — ⁴ Part. 1, cap. 9, n. 218.

judicatur vere dolere; attamen ad judicandum de praesenti poenitentis dispositione, recurrit, ut S. Alphonsus, ad signa peculiaria doloris.

⁴ Reginaldus, lib. 18, n. 87; Henriquez,

non emendatio futura; atque ita (poenitens) poterit absolvvi, licet judicetur relapsurus.

Nec verum est quod sola temporis probatio unicum sit signum mutatae voluntatis. Nam voluntatis mutatio pendet a divina gratia, quae tempore non indiget, sed in instanti operatur; et ideo non solum per experimentum temporis, sed etiam per alia quidem signa patefieri potest. — Immo, aliquando alia signa praesentis dispositionis multo melius manifestant mutationem voluntatis quam experientia temporis. Nam signa illa directe indicant dispositionem poenitentis; experientia vero, tantum indirecte: adeo ut non raro evenire possit quod aliquis etiam a longo tempore se a vitiis pro mundi hujus honestate contineat (ut ait D. Gregorius), et nihilominus non sit rite dispositus.

Propterea, quoties poenitens affert vera signa doloris et propositi, toties bene absolvvi poterit; ut clare colligitur ex can. *Septies 23, de poen., dist. 3*, ubi D. Hieronymus sic inquit: *Septies cadit justus... Si cadit, quomodo justus? Si justus, quomodo cadit? Sed justi vocabulum non amittit, qui per poenitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed septuagies septies delinquenti, si convertatur ad poenitentiam, peccata donantur.* Et D. Joan. Chrysostomus⁵ scripsit: *Temporis moram non quaero, sed animae correctionem; hoc itaque fac demonstres, sintne compuncti, sintne in melius immutati, et res tota confecta est.* — Hinc auctor libri Romae editi, cui titulus: *Istruz. per li novelli confessori*⁶, sic inquit: *Se la ricaduta nasce dalla propria fragilità, senz'altra causa estrinseca volontaria, è quasi temerità il dire che ogni ricaduta sia indispusto*⁷. Ac ideo⁸ dicit quod peccator relapsus propter mali habitus vim statim

⁵ Id est Epist. 108 ad Theodor., cap. 4; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 54, col. 1018. — Busenb., cap. 1, dub. 2, n. 9. — Wig., tr. 18, exam. 5, num. 98, v. Nota

lib. 4, cap. 24, n. 4, haec dicta non habent; et profecto Lugo plura asserta simul congerit, et autores allegat indiscriminatim.

⁶ Id est: «Si relapsus oriatur ex propria

absolvendus est, si firmam habeat voluntatem adhibendi media ad se emendandum; additque: *E giudichiamo che il fare altrimenti sia troppo rigore; e che il confessore, facendolo, s'allontanerebbe dal vero spirito della Chiesa... e del Signore..., e dalla natura del sagramento, il quale non solamente è giudizio, ma medicina... salutare*⁹.

460. — Sed rogabis: *Quaenam sint haec signa extraordinaria doloris, cum quibus recidivus statim possit absolvvi?*

Plura hujusmodi signa traduntur ab auctoribus supra allatis, locis citatis, quae sunt videlicet:

Lacrymae, suspitia, cordialia verba.

1º. Major dolor, patefactus per lacrymas, suspitia aut cordialia verba^{a)}. Ita Lugo, Laymann, Milante, Holzmann, Croix, Tamburinius, Lohner, Renzi et Salmant.¹ — Dicit autem Genettus^{b)}, non esse saepe credendum lacrymis peccatorum; nam saepe lacrymae proveniunt ab humano affectu. Vice *non saepe* melius hic auctor dixisset *non semper*; nam revera (ut bene ait Pater Milante) hujusmodi lacrymae, praesertim in mulieribus et rudibus, non semper sunt signa verae poenitentiae: quandoque enim proveniunt ex aliqua passione quam poenitentes exponunt; vel ex motivo negatae absolutionis, vel damni passi aut imminentis. — Caeterum, lacrymae poenitentium ut plurimum oriuntur ex compunctione cordis, maxime si effundantur post auditam concionem, vel mo-

^{a)} Lugo, disp. 14, n. 166. — Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 10. — Milante, exercit. 35, in prop. 60, ad IV, v. *Dico quod tunc*. — Holz., de Poenit., n. 589. — Croix, lib. 6, part. 2, n. 1733 et 1821. — Tambur., Method. Confess., lib. 8, cap. 8, n. 6 et 11. — Lohner, Instruct. de Confessionib. excipiendo, part. 1, cap. 8, oblig. 9, qu. 3. — Renzi, de Sacra Poenit., cap. 2, sect. 1, qu. 16, v. f. — ¹ Tr. 6, cap. 5, n. 65. — Milante, exercit. 35, in prop. 60 Innoc. XI, v. *Dico quod tunc*. — ² Epist. 108 ad Theodor., cap. 4; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 54, col. 1018. — Busenb., cap. 1, dub. 2, n. 9. — Wig., tr. 18, exam. 5, num. 98, v. Nota

fragilitate sine alia causa extrinseca et voluntaria, quasi temerarium est dicere omnem recidivum esse indispositum».

i) Latine: «Et judicamus alium agendi modum nimis rigorosum esse; et confessarium sic agentem a vero spiritu tum Ecclesiae tum Domini recedere, necnon a natura hujus sacramenti, quod non solum est iudicium, sed et medicina salutaris».

460. — a) Non omnes autores omnia haec signa habent; sed alii unum, alii vero alia.

nitionem confessarii praebentis aliquod compunctionis motivum. Hinc S. Leo² sic docuit: *In dispensandis... Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se lacrymas gemitusque negligere, cum ipsam poenitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam.* Nota: *cum credamus; quapropter ordinarie (nisi aliunde percipiatur oppositum) credendus est poenitens ex inspiratione Dei lacrymas effundere.* Hic etiam facit illud quod attulimus D. Joan. Chrysostomi (mox supra), ubi dixit compunctionem signum esse veri doloris.

Minor numerus peccatorum.

— Dicit autem Genettus^{b)}, non esse saepe credendum lacrymis peccatorum; nam saepe lacrymae proveniunt ab humano affectu. Vice *non saepe* melius hic auctor dixisset *non semper*; nam revera (ut bene ait Pater Milante) hujusmodi lacrymae, praesertim in mulieribus et rudibus, non semper sunt signa verae poenitentiae: quandoque enim proveniunt ex aliqua passione quam poenitentes exponunt; vel ex motivo negatae absolutionis, vel damni passi aut imminentis. — Caeterum, lacrymae poenitentium ut plurimum oriuntur ex compunctione cordis, maxime si effundantur post auditam concionem, vel mo-

3º. Studium adhibitum ad emendationem. Lugo, Laymann, Sporer, Salmant., Mazzotta. — Aut si poenitens adhibuerit *jejunita, eleemosynas, orationes et Missas*, ut bonam faceret confessionem et ad absolutionem se disponeret. — *Fuga spontanea occasionum.* Croix et Mazzotta. —

Studium emendationis vel poenitentiae confessionis.

^{a)} Lugo, disp. 14, n. 166. — Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 10, 1. — Spor., part. 3, cap. 2, a. 331. — Anacl., tr. 14, dist. 8, n. 49. — Segneri, II Confess. istruito, cap. 4, § *Fuori di simili*, num. 5. — Lohner, loc. cit. — Gobat, tr. 7, num. 524. — Massot., tract. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 8, § 8. — Tambur., Method. Confess., lib. 8, cap. 8, n. 6 et 11. — Renzi, de Sacra Poenit., cap. 2, sect. 1, qu. 16, v. f. — ¹ Tr. 6, cap. 5, n. 65. — Milante, exercit. 35, in prop. 60 Innoc. XI, v. *Dico quod tunc*. — ² Epist. 108 ad Theodor., cap. 4; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 54, col. 1018. — Busenb., cap. 1, dub. 2, n. 9. — Wig., tr. 18, exam. 5, num. 98, v. Nota

Quin etiam Lugo, Tamburinius et Renzi, etsi aliqua specialia doloris signa, vel maiorem dolorem requirant, nullum tamen ex signis hic allatis assignant.

b) Genettus, de Poenit., cap. 5, qu. 21: «Non... sunt certa illius [contritionis] indicia...; nam saepe proveniunt ab humano prorsus affectu, vel ex imaginatione objecto aliquo insolito commota».

^{c)} Croix lib. 6, part. 2, n. 1733, ait signum esse contritionis, si poenitens dicat «se diu

Impletio mediorum praescriptorum a confessario. Wigandt, Busenbaum et Mazzotta.

4º. Si poenitens *quaerat media ad se emendandum*. Laymann^{a)}, Lugo^{a)}, Salmant.^{a)}, Mazzotta, Wigandt, Holzmann, Milante, etc. — Aut *si promittat remedia adhibere*, vel ante praestita melius exequi. Lugo, Segneri, Croix et Mazzotta^{c)}; maxime si nunquam (ait Lugo) admonitus fuit de mediis adhibendis. Sed hujusmodi promissionibus puto non omnino fidendum: cum poenitentes facile promittant, ad absolutionem obtinendam, omnia exequi quae confessarius imponit, sed non raro postea negligunt.

5º. *Spontanea confessio*: ut dicunt Laymann, Pater Segneri, Tamburinius et Mazzotta. Dummodo poenitens non confiteatur ex obligatione praecepti paschalis, vel impulsus a parentibus, paedagogo aut domino, nec propter quemdam usum confitendi in aliquibus festis, nempe Nativitatis Domini, Assumptionis Mariae, etc.; sed accedat omnino sponte et vere a lumine divino inspiratus, ad solum finem adipiscendi Dei gratiam. — Praecise haec spontanea confessio signum esset dispositionis, si poenitens, ut accederet ad sacramentum, notabilem conatum adhibuit, scilicet longum iter est aggressus, abstinuit a lucro illius diei, magnum conflitum internum sive externum superavit, et similia.

6º. Si accedit *ductus ab aliquo extraordinario motivo*, nempe concionis auditiae, mortis alicuius amici; vel ex timore terraemotus, alluvionis, pestis, etc. — Pater Milante et Croix.

Wigandt, tr. 18, exam. 5, n. 98, v. *Nota tamen 2.* — Busenb., cap. 1, dub. 2, n. 9. — Mazzot., tr. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 3, § 8. — Mazzot., loc. cit. — Wigandt, tr. 13, exam. 5, n. 98, v. *Nota tamen... 3.* — Holzm., de Poenit., n. 589. — Milante, exercit. 35, in propos. 60, ad IV, v. *Dico quod.* v. f. — Lugo, disp. 14, num. 166. — Segneri, Confess. istruito, cap. 4, § *Fuori di simili*, n. 5. — Croix, lib. 6,

7º. Si poenitens confiteatur *peccata prius culpabiliter omissa*. — Croix.

8º. Si poenitens, priusquam accedat, *restituerit ablatum vel reparaverit famam proximi laesam*. — Milante.

9º. Addo cum Milante^{f)}, si post peccata, poenitens, ad monitionem confessarii significet adeptum fuisse novam cognitionem suaे iniquitatis vel periculi suae damnationis.

Addit Croix¹ esse etiam signa extraordinaria, si poenitens dicat se poenituisse statim post peccatum, si cupiat satisfacere, si magnam poenitentiam bono animo acceptet, si protestetur ex seipso malle mori quam relabi. — Haec signa dico saltem deseruire posse ad alia signa dispositionis adjuvanda.

Haec autem signa dispositionis recidivorum autores praefati non casu trahiderunt, sed experientia docti. Unde puto nequaquam errare eum qui se dirigit cum sententiis communiter receptis ab hujusmodi doctoribus non humiliis notae. — Dicere autem quod ipsi scripserunt ea passione affecti, ut suaे ipsorum doctrinae cum plausu exciperentur, vel propter aliquid hujusmodi, non videtur carere aliqua labe temeritatis. Quod si hoc non est censendum, non debet credi hos tam graves doctores a Deo lumine suo fuisse destitutos in re quae directionem respicit conscientiarum totius populi christiani; tanto magis quod circa tales sententias nulla Ecclesiae proscriptio intercessit. — Nec officit quod plures opinions quae circumferuntur non sunt ab Ecclesia damnatae, et tamen ab aliis communius ut

Confessio sacrilege omissorum.

Restitutio praecedens.

Nova co-gnitio ini-quitatis vel periculi.

Non errat sequens opini-ones com-munes au-torum gra-vium.

laxae reputantur. Nam Ecclesia non omnes opiniones quae casus particulares respiciunt damnat, quamvis non approbet; sed sententias quae universalitatem conscientiarum spectant Ecclesia nec approbat nec tacet, ut dixit S. Augustinus¹: *Ecclesia Dei... multa tolerat, et tamen quae sunt contra fidem vel bonam vitam non approbat nec tacet.*

461. — Caeterum, ut ad propositam materiam redeamus.

Certum est 1º. Quod confessarius tenetur differre absolutionem, usquedum fiat moraliter certus de dispositione sui poenitentis, saltem per experimentum temporis vel mediorum, si poenitens sufficiens nondum praebeat signum suaे dispositionis. Vide Salmant.² — Attamen notandum est (prout diximus de Sacram., in gen., n. 57.), quod in aliis sacramentis, cum materia sit physica, physica requiritur certitudo; sed in hoc sacramento Poenitentiae, cum materia sit moralis, prout sunt actus poenitentis, sufficit certitudo moralis sive respectiva. Sic enim docuit D. Thomas³: *Nec oportet quod omnis mensura sit omnino infallibilis..., sed secundum quod est possibile in genere suo. Et 4º: Certitudo non est similiter quaerenda in omnibus, sed in unaquaque materia secundum proprium modum: quia vero materiae prudentiae sunt singularia contingentia, circa quae sunt operationes humanae, non potest certitudo prudentiae tanta esse quod omnino sollicitudo tollatur.*

Unde, quod ad nostrum propositum spectat, sufficit quod confessarius habeat prudentem probabilitatem de dispositione poenitentis, et non obstet ex alia parte

¹ Lib. 2, seu epist. 55, ad inquisit. Januarii, cap. 19, n. 36; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 33, col. 221 et seq. — ² Tract. 6, cap. 5, num. 66 et 67. — ³ 1º 2º, qu. 47, art. 9, ad 2. — ⁴ Disp. 32, sect. 2, n. 1. — ⁵ De Sacr. Poenit., n. 60. — ⁶ Is est Giordanini, part. 1, cap. 15, n. 360.

Absolutio quandoque potest dif-ferri etiam dispo-sito.

461. — ^{a)} Esparza, *Curs. theol.*, lib. 10, qu. 88, ad 3, ab auctore adducitur pro quadam assertione, quae hic a S. Alphonso omittitur, nimirum confessionem esse actum proprium hominis christiani, qua christianus est et ex fidei lumine operatur.

^{b)} Quod latine sic vertitur: « Ex his tandem deducimus hanc conclusionem, quae est clavis totius hujus argumenti: ad ministrandam poenitentiam, nil aliud requiri quam prudens et vere probable judicium de di-

spositione poenitentis. Unde, si circumstan-
tiae non ingerunt prudens dubium de insuffi-
cientia ejus dispositione, confessarius nec se
ipsum nec illum perturbare debet ut eviden-
tiā consequatur, quod possibile non est ».

^{c)} Holzmann, Roncaglia, Croix, Suarez, Sà nullam faciunt mentionem de poenitentis consensu; unde S. Alphonsus cum Cardenas colligit non esse (juxta hos auto-
res) necessarium hujusmodi consensum. — Sanchez vero dicit differri possit absolutionem,

proposuisse confiteri, et post magnam luctam tandem resolvisse ». — Anacletus, tract. 14, dist. 8, n. 49 et 51, haec non habet.

^{a)} Signum istud non reperitur apud Laymann, Lugo et Salmant.

^{e)} Mazzotta, loc. cit., signum hoc assignat: « Si petat efficaciora remedia, desideret aut alacriter acceptet magnam poenitentiam ».

^{f)} Milante, loc. cit., « Qui audita mis-

sione seu concione, inquit, illustrati errorem cognoscunt, et criminis in quibus aliquando insorduerunt abominantur, parati cum novitate vitae, quam suscipere promittunt, etiam acceptare poenitentias et medicinas salutares ». Praeterea inferius addit signa de quibus antea locutus est, ex variis causis procedere posse, « vel ex novo lumine in concione ad cor habita, vel in exhortatione pii directoris ».

prudenter judicet dilationem esse utilem ejus emendationi. Ita Salmant.¹, Lugo², Holzmann³, Roncaglia⁴, Croix⁵, Viva⁶; Cardenas⁷ cum Suarez, Sà, Sanchez et aliis passim, contra paucos. — Ratio, quia poenitens, quamvis habeat jus ad absolutionem ratione confessionis peractae, non tamen habet jus ut statim absolvatur. Confessarius enim, cui non solum judicis, sed etiam medici competit munus, bene potest, immo meo iudicio (ut supra dixi) tenetur differre absolutionem, quando judicat tale remedium esse necessario utile saluti sui poenitentis.

463. — Magnum Dubium quod vertit est: *An hoc remedium dilatae absolutionis saepius expedit adhibere vel ne poenitenti jam sufficienter disposito ad absolutionem sine ejus consensu?*

Non differenda si dilatio potius sit obtutura.

Item, si afferat infamiam.

Commune est apud doctores nullo modo expedire absolutionem differre, quando dilatio magis obfutura quam profutura censemur. Ita Viva⁸ et Salmant.⁹, Lugo¹⁰, Sanchez¹¹ et Mazzotta¹² cum aliis communiter. — Idem dicendum, cum ex dilatione absolutionis poenitens patetur notam infamiae¹³. Ita Croix¹⁴ et Mazzotta¹⁵, cum Sanchez, Palao, Tour-

¹ Tr. 6, cap. 5, n. 68. — ² Disp. 14, n. 169 et seqq. — ³ De Poenit., num. 587. — ⁴ Qu. 5, cap. 4, qu. 5, resp. 1. — ⁵ Lib. 6, part. 2, num. 1764. — ⁶ In prop. 60 Innoc. XI, n. 13. — ⁷ In prop. 60, diss. 39, num. 26. — ⁸ Suar., disp. 32, sect. 2, i. f. — ⁹ Sà, v. *Absolutio*, n. 12 (edit. genuin., n. 13). — ¹⁰ Sanch., Decal., lib. 2, cap. 32, n. 45. — ¹¹ Loc. cit., n. 9. — ¹² Tr. 6, cap. 5, n. 67. — ¹³ Disp. 14, n. 168. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Tr. 6, disp. 2, qu. 4, cap. 3, § 3, v. *Infers* 1. — ¹⁶ Lib. 6, part. 2, num. 1764. — ¹⁷ Loc. cit., v. *Infers* 2. — ¹⁸ Sanch., Decal., lib. 1, cap. 8, num. 3. — ¹⁹ Palau, tr. 2,

si «poenitens id non multum aegre ferat». — Salmant., Lugo et Viva expresse negant requirem consensum.

463. — a) Aliqui auctores hic citati insinuant tantum absolutionem tunc esse differendam, negando urgere eo casu obligacionem deserendi statim occasionem, uti S. Alphonson, n. 455, citavit.

b) Contin. Tournely, *de Pecc.*, part. 1, cap. 2, *Append.*, reg. 3, id sane docet, nisi tamen poenitens adhibitis jam mediis, semper relabatur; tunc enim deneganda est ei absolutione donec occasionem dimiserit, «etiam ab ea recedere nequeat sine bonorum, famae et status jactura». — Concina, lib. 1, diss. 3, cap. 2, § 4, n. 27, negat obligationem esse eo casu deserendi occasionem; si tamen (n. 28) media praescripta poenitens neglexerit, deneganda est eidem absolutio.

nely²⁰, Concina²¹, Anacleto, Laymann, Bonacina, Holzmann, Sporer et aliis, quos attulimus n. 455, v. *Communiter*.

Extra autem hos casus sentit Hurtadus²², semper expedire differre absolutionem consuetudinarii. Immo Concina²³, ac Juenin²⁴ et Merbesius²⁵ dicunt tale remedium ipsis esse necessarium ut ipsi operibus suam conversionem comprobent. — Quinimmo Juenin²⁶ sic rigidissime loquitur: *Qui mortaliter peccarunt ex consuetudine non debent absolves, nisi multo, ad viri prudentis iudicium, tempore conversionem operibus probaverint... Toti... antiquitati persuasum fuit contritionem non esse diet unius opus, sed multorum mensium, immo et nonnunquam annorum.* Et²⁷ addit hoc servandum esse²⁸, etiam poenitens semel patraverit aliquod enorme peccatum, ut perjurium, adulterium, homicidium et similia. Loquens vero de peccatore habituato, inquit nunquam ipsum censeri dispositum ad absolutionem, nisi diu conversionem per emendationem probaverit.

Alli vero, ut Busenbaum (infra, n. 603, ad 1.), Viva²⁹, Dicastillus³⁰, Croix³¹, Salmant.³², etc., dicunt raro expedire

disp. 2, punct. 9, § 3, n. 8 et 13. — *Anacl.*, tr. 14, dist. 8, num. 46. — *Laym.*, lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 9. — *Bonac.*, de Matr., qu. 4, punct. 14, num. 11. — *Holzm.*, de Poenit., num. 580, v. *Dicci.* — *Spor.*, part. 3, cap. 2, num. 326. — ²² Lib. 2, diss. 3, cap. 10, num. 19. — ²³ Comment. de Sacram., diss. 6, qu. 7, cap. 4, artic. 7, concl. — ²⁴ De Poenit., qu. 48, cas. 5, v. *Ista sanctissimi*, et reg. 3. — ²⁵ Loc. cit., art. 7, init. et num. 1, i. f. — ²⁶ Instit. de Poenit., qu. 6, cap. 5, art. 2, concl. 2. — ²⁷ *Juen.*, Comment. de Sacram., loc. cit., art. 7.

²⁰ Scilicet Thomas Hurtadus, *tr. 1, cap. 6, resol. 21*, n. 206, absolute haec docet, neque ullam restrictionem apponit suea doctrinae, neque casus commemorat quos hucusque S. Alphonson exposuit, et in quibus absolutionem differri non expedit.

²¹ Scilicet, ait Juenin: «Statim post confessionem absolves non debent ordinari, si debito tempore ad viri prudentis iudicium oratione aliisque pietatis operibus contritionem obtinere non curaverint».

²² Viva, *in prop. 60 Innoc. XI*, n. 13, negat expedire absolutionem differre poenitenti invito.

²³ Dicastillus, *disp. 10, dub. 29*, n. 575, ita plane docet, «nisi forte (ut addit., n. 578) quando per breve tempus differatur absolutione».

²⁴ Croix, *loc. cit.*, num. 1768, negat expe-

Opiniones
auctorum
extra hos
casus.

quod poenitenti disposito differatur absolutione.

Melius dicendum quod certa regula in hoc statui non potest; sed confessarius ex circumstantiis occurrentibus se dirigere debet, et postquam Deo se commendavit, ut erit a Deo inspiratus absolutionem differat vel impertiatur. — Unde sapienter episcopi Belgii, Bruxellis congregati, in decreto ad suos, anno 1697, sic statuerunt: *Confessarius a quibusvis peccatoribus gravibus, etiam recidivis, stata lege non exigat ut per notabile tempus praevie exercuerint opera poenitentiae; sed cum SS. Patribus expendat, Deum in conversione peccatoris non tam considerare mensuram temporis quam doloris.* Vide apud Croix¹.

S. Doctor
distinguit:
relapsus ex
fragilitate
intrinseca
sed disposito,
raro differenda.

Si differenda
non ultra
decem
dies.

Ut autem hic meum proferam iudicium, dico quod si poenitens relapsus sit ob causam seu fragilitatem *intrinseca* (ut accedit in peccatis pollutionis, delectationis morosae, odii, blasphemiae et similiū), raro puto differendam esse absolutionem recidivo sufficienter disposito per signum extraordinarium. — Et casu quo dilatio videtur expedire (quidquid dicant Juenin et Merbesius, requirentes dilationem per menses et annos), verius dicendum absolutionem non differri debere plus quam ad octo vel ad decem dies; prout dicitur ab auctore libelli cui titulus: *Istrus. per li confessori di terre e villaggi*², approbati Neapoli a doctissimo et illustrissimo episcopo D. Julio Torni

¹ Lib. 6, part. 2, n. 1828. — *Juen.*, Comment. de Sacr., loc. cit. — *Merbes.*, loc. cit., reg. 3. — ² Is est *Jorio*, cap. 1, § 4, init. — ³ Part. 1, cap. 9, n. 215. — *Bened. XIV*, encycl.

dire semper, quia *saepe* plus juvat absolutio, et concludit: «Unusquisque secundum lumen sibi datum, Poenitentiae administret sacramentum». — Salmant., *tr. 6, cap. 5, n. 68*, fatentur nihil certi determinari posse abstracto a circumstantiis; et probant magis saepius prodesse frequentiam confessionis et frequens absolutionis beneficium.

⁴ Habert citatur quidem a Jorio; sed, *Prax. Sacr. Poenit.*, *tr. 4, v. Illi vero*, ita rem explicat, ut ejus opinio eodem recidere videatur ac sententia Merbesius.

⁵ Sanchez, *Decal.*, *lib. 2, cap. 32, n. 45*, dicit hunc posse adhuc in rigore absolves; posse tamen differri absolutionem, si id poenitens non aegre ferat et putetur profuturum.

(ibique citatur⁴) Ludovicus Habert), et ab alio auctore jam citato libri *Istrus. per li novelli Confessori*⁵. Hi censem dilationem mensis esse excessivam et periculosa; quia post tantum temporis difficile poenitentes redibunt. Et huic favet noster Summus Pontifex Benedictus XIV in sua epistola encyclica quae incipit: *Apostolica*, ubi alloquens confessarios qui ex justa causa differunt poenitentibus absolutionem, sic horitur: *Ilos ut quantocius revertantur invitent; atque animos addant, ut ante redditum ea omnia quae illis agenda praescribuntur rite perficiant: ex quo fieri ut ad sacramentale forum regressi, absolutionis beneficio donentur.* Ad summum dico absolutionem differendam usque ad quindecim dies.

Ad sum-
mum, usque
ad quinde-
cim dies.

Dixi 1º. Si poenitens sit relapsus ex causa *intrinseca*. — Nam si reinciderit ex occasione *extrinseca*, dico absolutionem omnino differendam esse usquedum tollatur occasio, si sit *voluntaria*; si vero *necessaria*, donec periculum recidendi ex proximo fiat remotum. Et ad hoc, ordinarie loquendo, certe non sufficiet dilatio decem vel quindecim dierum. (Vide quae diximus de hoc punto supra, *num. 452, Quaest. 3*).

Dixi 2º. *Raro.* — Nam regulariter censeo non discedendum a sententia communi, quam tradunt Sanchez⁶, Laymann⁷, Lugo⁸, Filliuccius⁹, Abelly¹⁰, Dicastillus¹¹, Navarrus¹², Croix¹³ cum communi (ut asserit), Salmant.¹⁴, Sporer¹⁵,

Apostolica, de die 26 Junii 1749, § 22. — ⁴ Disp. 14, n. 166. — ⁵ Tr. 7, Instruct., cap. 3, v. *Dico secundo*. — ⁶ Disp. 10, dub. 29, n. 578. — ⁷ Loc. cit., n. 1822. — ⁸ Tr. 6, cap. 5, n. 68.

⁹ Laymann, *lib. 5, tr. 6, cap. 4, n. 10*, id concedit bis vel ter tantum, si poenitens nullum emendationis conatum adhibuerit.

¹⁰ Abelly, *de Poenit.*, sect. 20, num. 3, ita sane docet; sed n. 4, addit non esse attendendum solum quod absolute fieri possit, sed quid poenitent expediat, num scilicet frequens absolution sit ei nociva, an vero sit potius remedium.

¹¹ Navarrus, *Man.*, cap. 3, n. 21, locutus de iis qui ex occasione necessaria peccant, quos dicit posse absolves toties quoties; ipse tam (addit) non absolveret si animadvertebat post repetitas confessiones nullam fuisse emendationem neque ejusdem inchoationem.

¹² Sporer, *part. 3, cap. 2, n. 330*, con-

Toletus¹, nempe non esse differendam absolutionem poenitenti qui relapsus est ex *intrinseca* fragilitate; quia in tali poenitentia magis sperandum profuturam fore gratiam sacramenti quam dilationem absolutionis.

Objectio.

464. - Sed dices: Cur differenda est absolutio poenitenti qui est in occasione extrinseca, et non illi qui relapsus est ex prava consuetudine, cum eodem modo impellat ad peccandum occasio extrinseca ac prava consuetudo?

Objectioni
satisfit.

Respondet: Alio quidem longe diverso modo ad peccatum impellit occasio extrinseca quam pravus habitus. — *Occasio* enim per objecti praesentiam, quae vividas excitat cogitationes, vehementer movet sensus pronus ad peccandum, affectumque ad peccatum reddit intensorem. Et ideo poenitens maximam sibi vim inferre debet, non solum ad superandam tentationem; sed etiam ad conandum ut periculum, per fugam familiaritatis cum persona complicis, ex proximo fiat remotum. — *Prava autem consuetudo*, cum non habeat objectum extrinsecum praesens, non ita utique sicut occasio ad peccandum impellit; unde fit ut poenitens minorem vim sibi inferre debeat ad abstinentiam a peccato. Praeterea, cum pravus habitus sit quid intrinsecum et inseparabile a persona, extirpatio habitus minus quam remotio occasionis pendet a propria voluntate; et ideo magis sperandum quod Deus bonam voluntatem per majora auxilia adjuvabit ad perseverandum.

His positis, imprudenter agit confessarius, si absolvit eum qui est in occasione extrinseca, saltem antequam experiatur quod ille per fugam reddat periculum remotum. Nam alias eum relinquit in probabili periculo infringendi propositum; eo quod talis poenitens post obtentam absolutionem facile negliget fugam necessario adhibendam, et sic sine dubio relabetur.

¹ Lib. 5, cap. 13, n. 6. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 1768.

— ² Suppl., qu. 25, art. 1, ad 4. — ³ Tr. 6, cap. 5, n. 68,

E converso, prudenter absolvitur recidivus ex causa intrinseca, si vere est dispositus per signum extraordinarium doloris. Quia periculum in eo infringendi propositum est magis remotum: cum ex una parte, non adsit causa extrinseca ad peccatum impellens; et ex alia, majora Deus praebet auxilia poenitenti ad extirpandum pravum habitum, qui ipsi nolenti ac detestanti inest. Hinc magis sperandum, quod ille emendabitur per auxilium gratiae in sacramento susceptae, quam per dilationem absolutionis. — *Saepe juvat*, ait doctus Pater Lacroix, qui egregie tractat de hoc sacramento Poenitentiae, (*relapsis*) *absolutio... tum ob auxilia gratiae quae confert sacramentum, et quibus potest melius muniri absolutus; tum quia pia exercitia ab efficacitate sacramenti habebunt majorem vim, eruntque Deo gratiore et efficaciora, utpote facta ab amico Dei, et ex Christi institutione inerit eis major vis satisfactoria; tum etiam quia spes est usurum ferventius mediis praescriptis: nam dilatio multos offendit, qui non redeunt, sed redundunt obdurati.* Idque expresse approbatur a D. Thoma², ubi inquit: *Dicendum quod majus remedium praebetur contra peccata vitanda ex gratia, quam ex assuetudine nostrorum operum.* Hinc recte dicunt Salmant.³: *Cur de peccatore... non habente gratiam... ante... absolutionem, quam de... constituto in amicitia Dei per absolutionem... melius sperandum est?* — Et praesertim quoad peccatum pollutionis, Toletus⁴ sic inquit: *Vix puto esse aliud efficax remedium, nisi frequentissimam confessionem cum uno eodemque confessario.... est enim hoc sacramentum maximum fraenum; et n^o) qui hoc non utitur, non sibi promittat emendationem, nisi per miraculum.* Hocque remedio frequentis confessionis pro recidentibus in tale vitium legimus D. Philippum Neriū maxime usum fuisse. — Et huic doctrinae

i. f. — ⁴ Lib. 5, cap. 13, num. 6. — *S. Philipp. Neriū*, cfr. Bacci, *Vita di S. Filippo*, lib. 2, cap. 6, n. 2.

cordat; sed n. 332, limitat: Nisi post plures confessiones nulla foret emendatio; quo casu requirit signa specialia, qualia nunquam ante poenitens exhibuerit.

^{n^o} Verba: *Et qui hoc non utitur non sibi promittat emendationem, nisi per miraculum*, tribuuntur Toleto a Sporer, sed non sunt illius auctoris.

alludit id quod habetur in Rituale Romano¹, ubi: *In peccata facile recidentibus utilissimum fuerit consulere, ut saepe... confiteantur, et si expediat, communicent.* Ergo Rituale, dum dicit remedium frequentis confessionis utilissimum esse facile recidentibus in peccata, supponit pravum habitum ab eis non adhuc esse avulsum; sed, hoc non obstante, docet gratiam sacramenti multum conferre ad emendationem.

Quidam rigiditatibus addicti, qui per unicum rigoris tramitem animas conductunt, nimis generaliter loquentes, asserunt omnes recidivos perversiores fieri, cum absolvuntur antequam emendentur. Sed hos magistros meos rogarem: numquid recidivi, cum sine absolutione dimittuntur, gratia sacramenti carentes, omnes validiores fiunt et emendantur? Quot miseris ipse cognovi, qui ob denegatam absolutionem se dejecerunt in desperationem, et per plures annos a sacramentis aversi aberrarunt? — Caeterum unusquisque in hoc punto impertienda vel differenda absolutionis dirigere se debet juxta lumen a Deo sibi donatum. Hoc certum est, quod in hac materia tam errant qui aequo sunt faciliores, quam qui aequo rigidores sunt

Vitandus
nimis ri-
gor, vitan-
da nimia
benignitas.

in absolvendo. Utrumque extremum perniciosum: multi enim confessarii, ob nimiam facilitatem absolvendi, in causa sunt ut plures animae in perditionem abeant; sed alii, ob nimiam rigiditatem, non minoris sunt detimenti. Unde haud scio utrum confessario minori scrupulo debeat esse indispositos absolvere, quam dispositos dimittere.

Tandem, ut meae conscientiae dictamen exponam, sic concludo: Ali quando poterit alicui recidivo prodesse dilatio absolutionis. Semper quidem proderit deterrire hujusmodi relapsos ex *intrinseca* fragilitate, negationem absolutionis minando. Ordinarie vero loquendo, magis proderit eis absolutionem impertiri, cum dispositi accedunt per signum extraordinarium doloris. Utinam dico, et omnes confessarii absolverent recidivos tum solum, cum signa extraordinaria illi afferunt! Sed, quod dolendum est, maxima pars confessariorum undique, nullo prorsus signo extraordinario exhibito, indiscriminatim, sine ulla admonitione nulloque praestito remedio, hujusmodi relapsis semper absolutionem impertuntur: et hoc est unde ruina tot animarum emanat.

DUBIUM III.

Qualis Confessio requiratur.

ARTICULUS I.

AN DEBEAT ESSE INTEGRA MATERIALITER.

465. *Quae sit integritas materialis.* — 466. *Quantum extendatur numerus, dicendo plus minus. Et quomodo exquirendus numerus in consuetudinario.* — 467. *An sint necessario explicandae circumstantiae aggravantes.* — 468. *Qu. 1. Quot sententiae sint in hac quaestione. An in furto explicanda sit quantitas (Vide hic in fine).* — 469. *Qu. 2. Dub. 1. An incestus cum consanguineis differat specie ab incestu cum affinis.* — 470. *Dub. 2. An in peccato incestus cum consanguineis explicandi sint gradus consanguinitatis.* — 471. *Plura notanda circa examen conscientiae et integratatem confessionis.* — 472. *An peccata mortalia dubia necessario sint confitenda.* — 473. *Dub. 1. An teneamur confiteri mortalia positive dubia.* — 474. *Dub. 2. An, mortalia negative dubia.* — 475. *Quid, si quis velit Eucharistiam recipere.* — 476. *Quid, si quis sit scrupulosus vel timoratae conscientiae.* — 477. *Dub. 3. An teneatur quis confiteri aliquid mortale in dubio an illud sit confessus.* — 478. *Dub. 4. An qui confessus est mortale uti dubium, teneatur repetere quando certum agnoscat.* Quid, si poenitens post confessionem sciat materiam sui peccati fuisse gravem, sed ipse nullo modo id noverit tempore quo peccatum commisit.

465. — « Resp. Ad confessionem, per se et ordinarie, requiritur integritas materialis, sita in eo ut, postquam diligenter te excusseris et conscientiae tuae

« sinus et latebras (ita loquitur Tridentinus) exploraveris, confitearis omnia mortalia memoriae occurrentia nondum confessa, eorumque numerum et circum-

¹ Ordo administr. Poenit., n. 19, v. *Quare curet.* — ² Sess. 14, de Poenit., cap. 5.